12. Picus ***affinis***, *Sw.* (maculifrons *et* ruficeps, *Spix* - adspersus? *Natter.* - passerinus ex Bras. *Mus. Lugd.* - Chloronerpes affinis, *Gr.*) *Zool. Ill. t.* 78. - *Av. Bras. t.* 56. 1.2.3. *ex Brasil. Olivaceus; subtus fusco-olivaceo et sordide albido lineato-fasciatus: pileo cum fronte coccineo, plumis brevibus, acutis, basi nigris; nuchae longioribus, aureo-flavis: cauda nigra, fasciolis olivaceis continuis.*

13. Picus ***passerinus***, *L.* (Dendrobates passerinus, *Gr.*) *Vieill. Ois. Am. s. t.* 115. mas. *ex Antill. Minor; olivaceo-flavicans; subtus fusco albidoque lineato-fasciatus: pileo coccineo; fronte, et capitis lateribus griseo-rufescentibus: cauda nigra, fasciolis olivaceis, interruptis.*

14. Picus ***rubiginosus***, *Sw.* (aeruginosus? *Licht.* - plumbiceps, *Temm. Mus. Lugd.* faem. - Chloronerpes rubiginosus *et* aeruginosus, *Gr.*) *Zool. Ill. t.* 14. - *Gr. et Mitch. Gen. B. t.* 110. *ex Venezuela. Antill. Aurantio-olivaceus; subtus flavidus, fusco-virenti lineato-undulatus: sincipite nigricante; genis albis, occipite rubro.*
Mas. *mystacibus superciliisque rubris.*
Faem. *superciliis mystacibusque nigris.*

15. Picus ***percussus***, *Vig.* (rüppeli, *Wagl.* - Dendrobates percussus, *Gr.*) *Pl. col.* 390. 424. faem. *ex Ins. Cuba. Cinereo-viridis, tergo flavidiore; subtus flavidus, pectore striis, lateribus crissoque fasciolis, nigris: abdomine medio pure sulphureo: fronte genisque candidis; gula media et vitta utrinque pone oculos, nigris: pileo et macula magna jugulari sanguineis.*

16. Picus ***fumigatus***, *Orb. et Lafr.* (Dendrobates fumigatus, *Gr.*) *Voy. Am. m. Ois. t.* 63. I. *ex Amer. mer. Ex rufescenti-fuliginosus, unicolor; alis caudaque obscurioribus: pileo rubro.*

Quid P. nigriceps, *Orb. rufo-fuliginosus, maculis obsoletis rubentibus: subtus griseo-olivaceo nigroque fasciatus: pileo nigerrimo?*

18. Mesopicus ***desmursi***, *Malh. Rev. Zool.* 1849. *p.* 537. *sp.* 10. *ex America. mer. Olivaceus; subtus albidus, nigro striatus: fronte rufescenti: pileo, uropygioque coccineis: genis bivittatis: alis nigricantibus, maculis albidis: cauda fasciolata: remigum rectricumque scapis subtus flavis.*

Continuatori Buffoni *et* Temmincki *Iconibus pulcherrimis dicatus.*

255. **Centurus**, *Sw.* (Tripsurus, *Sw.* ob quinariam monomaniam! Zebrapicus! *Malh.*) America. 9.

1. Picus ***superciliaris***, *Temm.* (superciliosus, *Vig.* - Colaptes! superciliaris, *Gr.*) *Pl. col.* 433. - *La Sagra, Voy. Cuba, Ois. t.* 23. var. alb. *ex Ins. Cuba. Maximus: albo-nigroque lineatus; subtus pallide olivaceus, abdomine medio rubro: fronte alba; pileo coccineo, cristato; superciliis nigris: remigum scapis nigricantibus.*

2. Picus ***radiolatus***, *Wagl.* (larvatus, *Temm.* - albifrons, *Kuhl. an Sw?* - Centurus radiolatus, *Gr.*) *Pl. enl.* 597. *Edw. B. t.* 244. *ex Jamaica. Major; niger, striolis albidis angustissimis; fronte, superciliis, genis, gulaque albidis: vertice, occipite nuchaque coccineis: pectore, abdomineque medio aurantiaco: crisso nigro albo-lineato: rectricibus nigris.*

3. Picus ***carolinus***, *L.* (griseus, *Vieill.* - zebra, *Bodd.* erythrauchen, *Wagl.*) *Pl. col.* 692. - *Vieill. Ois. Am. s. t.* 116. - *Aud. Am. t.* 415. 3. *ex Amer. sept.* *Albo nigroque striatus, fronte albo-rubella: subtus ruber, lateribus capitis et corporis, gulaque griseis: crisso maculis longitudinalibus cordiformibus: rectricibus omnibus albo-fasciatis.* Mas. *pileo late aureo-ruberrimo.* Faem. *capite cinereo; occipite tantum rubro.*

4. Picus ***striatus***, *Lath. nec Gm.* (Centurus striatus, *Gr.*) *Pl. enl.* 281. 614. - *Vieill. Ois. Am. s. t.* 114. mas. *ex Ins. Si. Dominic.* *Flavo-olivaceus nigro-fasciatus: fronte, genis, gulaque griseis: occipite tectricibusque caudae superioribus rubris: abdomine crissoque olivaceis, immaculatis: remigibus rufo-maculatis: rectricibus omnibus immaculatis, duabus utrinque extimis griseo-marginatis.*

Quid P. striatus, *Gm. nec Lath.* (fasciatus, *Lath.* - Chloronerpes fasciatus, *Gr.*) *Nigricans; subtus cum genis albo-nigroque striatus: orbitis albis: pileo, loris, ac vitta malari albo-marginata coccineis?*

5. ***Centurus elegans***, *Sw. Phil. Mag.* 1827. *nec Fraser.* (Picus hypopolius? *Wagl.* 1829.) *ex Mexico.* *Albo nigroque striatus; gula pectoreque ex olivaceo rufescenti-griseis; capite abdominisque medio aureo-flavis; pileo rubro; macula oculari nigra!*

6. ***Centurus subelegans***, *Bp.* (tricolor! *Gr.* 1849. *ex Wagl.* 1829.) *Pr. Zool. Soc.* 1837. *p.* 109. *ex Venezuela.* *Minor, albo-nigroque fasciatus; subtus, cum capite, dilute cinerascens: vertice abdominisque medio rubris; fronte et cervice subauratis: macula oculari nigra nulla.*

Quid P. tricolor, *Gm. ex Sebae Thesaur. t.* 64. 6. *ex Mexico?*

7. Picus ***aurifrons***, *Licht.* (ornatus, *Less.* 1839. - chrysogenys, *Vig.*) *ex Mexico.* *Similis* praecedenti; *sed etiam minor.*

Quid P. aurifrons, *Less.* 1839. *Mus. D. Follet, ex Sumatra?*
Quid C. rubriventris, *Sw. nec Vieill.* (C. swainsoni, *Gr. ex Malh.*)?

8. ***Centurus santa-cruzi***, *Bp.* (flaviventris! *Gr. ex Sw? nec Vieill.*) *Pr. Zool. Soc.* 1837. *p.* 16. *ex Mexico.* *Albo nigroque striatus; capite et corpore subtus griseo-olivaceus; vertice cerviceque rubris; fronte et abdomine auratis: uropygio albo: remigibus rectricibusque nigris.* *Rostrum subincurvum.*

9. Zebrapicus **pucherani**, *Malh. Rev. Zool. p.* 542. *sp.* 15. *ex Amer. mer. Albo nigroque varius; uropygio candido: subtus olivaceus; abdomine medio sanguineo: rostro longiusculo, acuto, valde ad apicem compresso: remigibus tertia et quarta omnium longissimis!* Mas. *sincipite nuchaque coccineis.* Faem. *fronte aurea: occipite coccineo.*

256. **Tiga**, Kaup. (Chrysonotus, *Sw.*-Brachypternopicus! *Malh.*) Asia. Oceania. 5.

1. Picus tiga, *Horsf.* (javanensis, *Lyngb.* - ***Tiga tridactyla***, *Gr. ex Sw.*) *Ill. Ind. Zool. t.* 30. 2. *ex Java. Olivascenti-aurantiacus, cervice nigerrima; subtus albidus vix rufescens plumis nigro-marginatis; gula, genisque nigro fasciatis, albis: pileo, crista occipitali, uropygioque late coccineis.*

2. Picus **rafflesii**, *Vig.* (amictus, *Müll.* - Tiga labarum, *Less.* - T. rafflesii, *Gr.*) *App. Mem. Raffles. ex Sumatra, Borneo. Aureo-olivaceus, subtus olivaceo-fuscus: fronte gulaque sordide aurantiis; genis cerviceque albis nigro vittatis: alis caudaque nigris, minime fasciatis: remigibus intus maculis rotundis albis.* Mas. *crista elongata cinnabarina.*

3. Picus **grantia**, *M. Clell.* (Tiga grantia, *Gr.*) *Proc. Zool.* 1839. *p.* 165. *ex Asia continent. Fronte, alis, caudaque flavido-rufescentibus: cervice et colli lateribus olivaceis: subtus fuscus: remigibus rectricibusque flavo fasciatis.*

4. Picus **shorii**, *Vig.* 1831. (Tiga shorei, *Gr.*) *Gould, Cent. Himal. B. t.* 49. *ex Asia continent. Viridi-aurantius: pileo postice cristato: tergo, uropygioque ruberrimis: subtus albus, nigro tamquam squamatus: vitta utrinque pone oculos, altera ad colli latera, nucha, remigibus, rectricibusque nigris.*

5. Picus **rubropygialis**, *Malh.* (Tiga rubropygialis, *Gr.*) *Rev. Zool.* 1845. *ex Asia mer. Niger, pileo albo-rufescenti, striolato: pectore abdomineque maculato: dorso alisque olivaceis, tergo plus minus rubricato: uropygio coccineo.*

Quid Tiga intermedia, *Blyth, ex Asia continentali?*

257. **Brachypternus**, Strickl. (Brachylophus? *Sw.* - Brachypternopicus, *Malh.*) Asia. Oceania. 3.

1. Picus **aurantius**, *L.* (bengalensis, *Gm.* - nuchalis, *Wagl.* - hemipodius, *Sw.* - psarodes, faem. *Licht.* - Brachypternus aurantius, *Gr.*) *Pl. enl.* 995. - *Edw. B. t.* 182. *ex Asia centrali. Aurantio-flavus auratus; subtus albus, plumis nigro-marginatis squamatus: cervice nigerrima: gula late nigra, plumis albo-notatis: pileo, crista occipitali, coccineo.*

2. Picus **chrysonotus**, *Less.* (puncticollis, *Malherbe*, adult.) *Rev. Zoolog.* 1845. *p.* 404. Fig. nulla. *ex Asia centr. et mer. Flavo-aurantiacus, rubro-striatus: gula, pectore, uropygio, caudaque nigris; striis pectoralibus albis.* Mas. *pileo, cum crista, ex toto coccineo.*

3. Picus **erythronotus**, *Vieill.* (neglectus, *Wagl.* - ceylonus, *Forst.* - Kerella, *Valenc.* - psarodes mas? *Licht.* Brachypternus erythronotus, *Gr.* - mutilatus, *Temm. Mus. Lugd.* faem.) *Nouv. Dict. H. Nat.* XXVII. *p.* 73. *ex Ceylon. Sanguineo-coccineus, plumis sincipitis basi nigris, occipitis elongatis: gula nigra, albo-undulata; pectore et abdomine albidis, plumis nigro marginato-squamulatis: cauda nigra.* Faem. *crista occipitali coccinea; sincipite albo-punctato.*

Quid Brachypt. micropus *et* Br. dilutus, *Blyth, ex As. centr?*

285. **Chrysocolaptes**, Blyth. Asia. Oceania. 7.

1. Picus **haematribon**, *Wagl.* (spilolophus, *Vig.* faem. Chrysocolaptes haematribon, *Gr.*) *Syst. Av. sp.* 95. *ex Ins. Philipp. Sanguineus; subtus albidus fusco-undulatus: capite cristato, collo, pectoreque nigro-olivaceis, guttis numerosis albis, nigro-marginatis: remigibus, interne albo-maculatis, rectricibusque fuscis.*

2. Picus **palalaca**, *Wagl.* (philippinarum? *Lath.* - Chr. aurantius, *Gr. ex Bodd.*) *Pl. enl.* 691. faem. - *Sonn. Voy. t.* 37. *ex Ins. Phil. Fusco-ruber; alis miniatis: subtus rufo nigroque varius, pectore albo ocellato: capite cristato.* Mas *crista coccinea.* Faem. *crista nigra, albo-notata.*

3. Picus **strictus**, *Horsf.* (peralaimus, ex Java, *Wagl.* Chrysocolaptes strictus, *Gr.*) *Linn. Tr.* XIII. *ex Java, Sumatra, Borneo. Aureo-olivaceus, dorso concolore* (sine albo et nigro); *subtus albus, nigro tamquam squamatus: uropygio latissime rubro.*

4. Picus **sultaneus**, *Hodgs.* (strenuus, *Gould*, 1839. - strictus, *Jerd.* - Chrysocolaptes sultaneus, *Gr.*) *Journ. As. Soc. Beng.* 1837. *p.* 105. *ex Asia mer. Nepal. Similis* praecedenti; *sed valde major: dorso ex toto fulvo-olivaceo aurato: uropygio latissime rubro.*

5. Picus **goensis**, *Gm.* (melanotus, *Blyth.* - guttocristatus, *Tick.* - Dendr. ellioti, *Jerd.* - Chr. goensis *hinc* festivus, *ex Bodd. Gr.*) *Pl. enl.* 696. *ex As. Nepal. Aurantio-flavus; subtus albus, plumis singulis nigro-marginatis tamquam squamatus: capite albo, nigro-vario: cervice et interscapilio candidis; dorso, scapularibus, caudaque cum tectricibus superioribus, nigerrimis.* Mas *pileo, cum crista occipitali, uropygioque coccineis.* Faem. *pileo flavo-aurantiaco.*

6. Picus ***menstruus***, *Scop.* (manillensis, *Gm.* - obscurus, *Wagl. nec Lath.* - Chrysocolaptes menstruus, *Gr.*) *Sonn. Voy. t.* 36. *ex Ins. Philipp. Cinereo-virens; pileo griseo-vario; uropygio coccineo: alis caudaque nigricantibus.*
7. ***P. cardinalis***, *Gm. nec Less.* (Picus guineensis, *Gr. ex Scopoli* - strigicollis? *Vieill.*) *Sonn. Voy. t.* 35. *ex N. Guinea. Niger, marginibus plumarum dorsalium, alarum maculis, et vitta postoculari utrinque, albis; subtus albus, nigro-maculatus: remigum, rectricumque rachidibus flavis.* Mas *pileo rubro.*

259. **Chrysoptilus**, Sw. (Geocolaptes, p. *Malh.*) America trop. 7.
1. Picus ***cayennensis***, *Gm.* (guttatus, *Spix.* - guttulatus, *vel* punctulatus, *Wagl.* - Chrysoptilus punctigula, *Gr. ex Bodd.* - Chr. guttatus, *Sw.* - Chr. cayennensis, *Bp.* Colaptes! cayannensis, *Blyth.*) *Pl. enl.* 613. faem. - *Av. Bras. t.* 53. 1. mas. *ex Bras. Gujana*, Mus. Lugd. *ex S.ta Fe de Bogota. Minor (Long.* 8-*poll.*)*: flavo-olivaceus, uropygio sub-aurantiaco, nigro-fasciatus: subtus flavo-virescens, pectore rufescenti, plumis singulis macula nigra unica rotunda: sincipite nigro; genis albis; occipite rubro; gula albo nigroque varia: remigum rectricumque lateralium scapis auratis.* Mas. *mystacibus rubris.*
2. Picus ***icteromelas***, *Vieillot.* (nattereri? *Malherb.*) *ex Amer. mer. Medius (Long.* 10-*poll.*)*: albo-viridis, uropygio flavo, nigro-fasciatus: subtus undique flavo-virens, plumis singulis nigro triguttatis: occipite subcristato, mystacibusque coccineis: sincipite nigerrimo: genis, gulaque albo-stramineis: remigum, rectricumque scapis auratis.* Mas *mystacibus coccineis.*
3. Picus ***melanochloros***, *Gm.* (cristatus? *Vieill.* ex Azara 252.) *ex Buenos ayres. Medius (Long.* $10\frac{1}{2}$-*poll.*)*: niger, rufo-varius; subtus rufus, nigro-ocellatus: fronte nigra; genis albo-stramineis; occipite, mystacibusque rubris: remigum scapis nigris.*
4. Picus ***buffoni***, *Kuhl.* (chlorozostus, *Wagl.* 1829. - Chrysoptilus chlorozosteus, *Gr.*) *Pl. enl.* 719. *ex Bras. Major (Long.* 12-*poll.*)*: albo-viridis, uropygio flavo, nigro-fasciatus: subtus sulphureo-viridis, plumis nigro trimaculatis, macula apicali magna cordiformi: sincipite nigro; occipite laevi, coccineo: remigum scapis olivaceo-flavis: rectricibus nigris; lateralibus flavo-fasciatis; extimae rachi apice aurato.* Mas. *mystacibus atro-coccineis.*
5. Picus ***canipileus***, *Orb.* (Chrysoptilus canipileus, *Gr.*) *Voy. Am. m. t.* 63. 3. mas. *ex Am. mer. Fusco-olivaceus: subtus flavidus; pectore plumis nigro-marginatis tamquam squamato: capite griseo; sincipite nigro; occipite rubro.*

6. Picus ***campestris***, *Licht.* (Chrysoptilus campestris, *Sw.*) *Spix*, *Av. Br. t.* 46. *ex Bras. mer. Parag. Brunneus, fasciolis numerosis ochraceis; uropygio albo: subtus albo-flavidus, fasciolis numerosis, nigricantibus, lunulatus: pileo gulaque nigris: collo undique, genisque auratis.*

7. Geopicus ***campestroides***, *Malh.* (P. campestris, faem. *Mus. Paris.* - Picus sp. nov. campestri affinis, Mus. Lugd.) *ex Amer. mer. Simillimus* praeced. *at gula* semper *alba*. Mas. *vitta malari nigra, coccineo intermixta.*

260. **Dendrobates**, Sw. (Campethera, *Gr.* - Dendromus, *Sw.* Chrysoptilopicus! *et* Dendropicus, *Malh.*) Africa. 25.

a. Maculati.

1. Picus nubicus! *Gm.* (***notatus***, *Licht.* - Campethera nubica, *Gr. ex Bodd.*) *Pl. enl.* 667. - *Lev. Afr. t.* 250. *ex Cap. B. Spei. Minor: viridi-olivaceus, maculis parvis albidis; subtus albus, maculis magnis nigris cordiformibus: remigum scapis supra nigris; cauda viridi, apice flavo.* Mas *occipite, mystacibusque rubris.*

2. Picus nubicus, *Licht. nec Auct.* (punctatus, *Cuv. nec Vieill.* ***punctuligerus***, *Wagl.*-Dendromus punctatus, *Sw.*) *ex Afr. occ. et or. Major: olivaceo-viridis, albido-vermiculatus, maculis aureis: subtus flavidus, pectore et collo undique punctulis nigris crebris conspersus: cauda omnino remigumque scapis auratis.* Mas *pileo ex toto, mystacibusque coccineis.*

3. Picus ***punctatus***, *Vieill.* (guttatus? *Licht.*) *ex Afr. Cinereo-virens albo-maculatus: subtus albus, fusco-varius: superciliis albis: genis albo castaneoque variis: pileo nigro albo-punctato.*

4. Dendromus ***brachyrhynchus***, *Sw.* (Campethera brachyrhyncha, *Gr.*) *B. of west. Afr.* II. *p.* 160. *ex Afr. occ. Olivaceus, subtus albo nigroque fasciatus: sincipite rubro: rostro brevissimo!*

5. Picus ***variolosus***, *Licht.* (maculosus? *Valenc.* - bennetti, *A. Smith* - Campethera variolosa, *Gr.*) *ex Afr. m.*

6. Dendromus ***chrysurus***, *Sw.* (Campethera chrysura, *Gr.*) *B. of w. Afr.* II. *p.* 158. *ex Afr. occ. Olivaceus, albo-varius: subtus albo-rufus; gula maculis, abdomine fasciis, nigris: rectricum scapis aureis.* Mas *pileo et vitta mystacali rubris.*

7. Dendromus ***aethiopicus***, *Rüpp.* (Campethera aethiopica, *Gr.*) *Syst. Uebers. Ost-Afr. t.* 36. *ex Afr. or. Nubia. Brunneo-virens, albo fasciato-maculato: subtus flavicans, maculis rotundis nigris; gula candida; genis nigro-striolatis: remigum rectricumque scapis auratis.* Mas *pileo mystacibusque coccineis.* Faem. *fronte, vertice, mystacibusque nigris, albo-punctatis.*

8. Picus ***abyssinicus***, *Hempr. et Ehrenb.* (fuscescens, *Rüpp. nec Vieill.* - D. abyssinicus, *Gr.* - Chrysopicus cailliauti? *Malh.*) *ex Afr. or. Abyssinia. Similis* praecedenti, *sed minor: rostro breviori, tenuiori: fuscus*, minime olivaceus, *albido*, nec flavo, *varius, dorso maculis albidis vix fasciato: subtus fuscescens, maculis longitudinalibus nigricantibus; genis haud striatis: gula nigro-maculata: remigum rectricumque scapis fusco-flavidis.*

Quid Picus abyssinus, *Stanley in Salt's Journ. App. ex Afr. or?*

9. Picus ***abingtoni***, *Smith*, 1836. (smithi, *Malherb.* 1845.) *Report. S. Afr. Exped. ex Afr. mer. Olivaceus, dilutiori variegatus: gula pectoreque nigris, plumis marginibus maculaque centrali flavida: pileo mystacibusque coccineis; fronte punctulis coracinis; occipite cristato.*

10. Picus ***namaquus***, *Licht.* (mystaceus, *Vieill.* - biarmicus, *Cuv.* faem. - diophrys, *Steph.* - Dendrobates namaquus, *Gr.*) *Lev. Ois. Afr. t.* 251. 252. *ex Cap. B. Spei. Cinereo-olivaceus, albo subocellatus: fronte fusca, albo-punctata; vertice rubro; occipite, vittisque ad latera colli disjunctis, nigris: genis albis, stria mediana nigricante.*

11. ***Dendrobates schoensis***, *Rüpp. Orn. N.-Ost. Afr. t.* 33. *ex Africa orient. Similis* praecedenti; *sed major, et rostro longiori: fuscus, supra albido-undulatus, subtus vix canescenti variegatus: capite colloque undique nigris; lateribus vittis duabus albis, confluentibus; fronte albo-punctata; vertice coccineo.*

b. Fasciati.

12. Picus ***fulviscapus***, *Ill.* (fuscescens, *Vieill.* - chrysopterus, *Cuv.* - capensis, *Forst.* - Colaptes capensis, *Smith.* Dendrobates fulviscapus, *Sw.*) *Lev. Afr. t.* 253. 1. 2. *ex Africa m. Long.* 6-*poll: fuscus albo-flavicante undulatus; subtus cinereo-albus, fusco striatus et undulatus: fronte, genisque castaneo-cinereis: remigum rectricumque scapis auratis.* Mas *vertice rubro; occipite nigro.*

13. Picus ***hemprichi***, *Ehrenb.* (flaviscapus, *Temm.* - Dend. hemprichii, *Rüpp.*) *Faun. Nord-Ost. Afr. t.* 35. *ex Nubia, Abyss. Minor* (*Long.* 5½-*poll.*)*: fusco-olivaceus, flavido-variegatus: subtus albicans, nigricante striato-fasciatus: fronte rufo-grisea: remigum rectricumque scapis auratis.*

Mas *nucha subcristata, cum occipite et vertice, coccinea.*

14. Dendropicus ***hartlaubi***, *Malh. Rev. Zool.* 1849. *p.* 532. *sp.* 5. *ex Afr. or. Zanzibar. Long.* 6-*pollic: fusco-olivaceus, flavido-undulatus; subtus albido-flavicans, striis tantum longitudinalibus nigris: fronte rufo-cinerea: genis albis: remigum, rectricumque scapis splendide aureis.*

Mas *vertice et occipite cristato coccineis.*

15. Dendropicus ***lafresnayi***, *Malh. Rev. Zool.* 1849. *p.* 532. *sp.* 6. *ex Afr. or. Similis* praecedenti, *sed minor* (*Long. vix* 5-*poll.*), *et minus fasciatus.* Mas *occipite tantum rubro.*

16. Picus ***minutus***, *Temm.* (Dendrobates minutus, *Bp.*) *Pl. col.* 197. 2. *ex Senegal.* (*Long. vix* 4½-*poll.*): *albo-rufescens; subtus cinereus, fusco variegatus: capite griseo; occipite, tectricibusque caudae superioribus rubris: remigum rectricumque scapis auratis.* Omnium Picinarum huc usque cognitarum Minima!

Quid P. africanus *et* Picus olivaceus, *J. Gr. nec L. Zool. Misc. p.* 18?

c. Unicolores.

17. Picus ***capensis***, *Gm.* (poliocephalus, *Cuv. nec Sw.* - caniceps, *Wagl.* - Dendrobates griseicephalus, *Gr. ex Bodd.*) *Pl. enl.* 786. 2. - *Lev. Afr. t.* 249. *ex Africa mer. Olivaceus; cervice pectoreque flavis: fronte, genis, gulaque canis; occipite rubro: remigibus secundariis, scapularibusque immaculatis.*

18. Picus ***poliocephalus***, *Sw. B. of west. Afr.* II. *p.* 154. nec Cuv. *ex Afr. occ. Ex fulvescenti olivaceus; uropygio coccineo: capite colloque ex toto griseis: remigibus omnibus fasciatis.* Mas *pileo nuchaque rubris!*

19. ***Dendrobates immaculatus***, *Sw. B. of West. Afr.* II. *p.* 152. - *Rüpp. Mus. Senck.* III. *p.* 119. *ex Africa. Olivaceus, immaculatus; cervice concolori: subtus cinereo-virens, pectore olivaceo: genis, gulaque griseis; pileo, uropygioque coccineis: remigibus intus basi tantum maculis albis.*

*20. ***Dendrobates spodocephalus***, *Bp.* (poliocephalus, *Rüpp. nec Sw.*) *Mus. Francf.* - *Orn. Faun. N.-Ost. Afr. t.* 34. *ex Afr. occ. Ex olivaceo flavo-virens; capite, collo, corporeque subtus canis: pileo* (maris), *uropygioque latissime, et abdomine medio longe, coccineis: remigibus, rectricibusque flavo-variis.*

21. Picus ***senegalensis***, *Gm.* (tephrodops, *Wagl.* - striolatus, *Less.* - Dendrobates senegalensis, *Gr.*) *Pl. enl.* 345. 2. *ex Seneg. Minor: ex flavicanti aureo-viridis, alarum tectricibus flavo-punctatis, uropygio olivaceo: subtus griseo-olivaceus, albido-undulatus: capite cinereo-olivaceo: rectricibus nigris, flavo maculato-fasciatis.* Mas *pileo coccineo.*

22. Picus ***goertan***, *Gm.* (Dendrobates goertan, *Gr.*) *Pl. enl.* 320. *ex Senegal. Flavo-viridis, alis tantum maculatis; subtus, cum capite, canus unicolor, crisso obsolete fasciolato: vertice laevi, uropygioque coccineis: abdomine medio rubro-aurantio.*

23. Chloropicus **pyrrhogaster**, *Malh. Rev. Zool.* 1845. *p.* 399. *ex Afr. occ. Sierra Leone, Ashantea. Fusco-olivaceus: pileo cerviceque nigris: pectore, uropygio, abdominisque medio, sanguineis: lateribus, crissoque fusco-olivaceis, albido-striatis.*
Mas *vertice rubro.* Faem. *pileo ex toto nigro.*

24. Hemicercus **rubiginosus**, *Sw. B. of w. Afr.* II. *p.* 150. *ex Afr. occ. Rubro-castaneus, capite brunneo; subtus brunneo-nigricans: macula utrinque ad rostri latera rubra: alis rotundatis: cauda brevissima: rostro flavido.*

25. Dendromus **nivosus**, *Sw.* (Picus pardinus, *Temm. Mus. Lugd.* - Campethera nivosa, *Gr.*) *B. of w. Afr.* II. *p.* 162. *ex Ashantea. Minor (Long. 6-poll.): olivaceus; subtus, cum genis, maculis parvis rotundis pardatus.*
Mas *occipitis cristula rubra.* Species aliquantulum abnormis!

261. **Gecinus**, Boie (Brachylophus, *Sw.* - Chloropicus, p. *Malh.*) Eur. As. Afr. Oc. 10.

a. Europaei.

1. Picus **viridis**, *L.* - *Pl. enl.* 879. mas. 371. faem. - *Gould, Eur. t.* 226. *ex Europ. Viridis, subtus griseo-olivaceus: pileo rubro: genis nigris: rectricibus omnibus fasciolatis.*
Mas *mystacibus rubris.* Faem. *mystacibus nullis.*

2. Picus **canus**, *Gm.* (chloris, *Pall.* - norvegicus, *Lath.* viridi-canus, *Meyer.* - caniceps, *Nilss.* - Gecinus canus, *Boie*) *Edw. B. t.* 65. - *Wern. Atl. Man. Temm.* fig. bona. *ex Eur.* praecipue *orient. Viridis, subtus cinereo-olivaceus; capite canescente; genis albo nigroque striatis: rectricibus mediis tantum fasciolatis.* Mas *mystacibus nigris angustis; fronte et vertice tantum rubris.*
Faem. *vertice vix rubro.*

b. Africanus.

3. Chloropicus **vaillantii**, *Malherb.* (algirus, *Vaill. jun.* Gecinus algirus, *Gr.* - G. vaillanti, *Bp.*) *Mem. Soc. H. Nat. Metz*, 1846. *p.* 5. *ex Afr. sept. Affinis* praeced: *viridis, subtus flavo-olivaceus; mystacibus latissimis nigerrimis.*
Mas *fronte nigro cinereoque varia: pileo nuchaque late coccineis.*
Faem. *sincipite nigro cinereoque vario: occipite coccineo.*

c. Asiatici.

4. Picus **karelini**, *Brandt* (persicus? *Vieill.* - Gecinus karelini, *Gr.*) *Bull. Petersb.* x. *p.* 2. *ex Persia boreal. Flavo-viridis, tectricibus alarum fuscescentibus, albo-fasciatis: capite cano; fronte alba; pileo rubro: subtus, cum genis, albidus, pectore et abdomine nigricante-fasciolatis.*

5. Chloropicus **guerini**, *Malh. Rev. Zool.* 1849. *p.* 539. *sp.* 12. *ex Asia or. China. Simillimus* Gecino cano, *sed vitta occipitali nigra perinsignis.*

Mas *fronte et vertice partim coccineis.* Faem. *fronte et vertice cano-olivaceis, plumarum rachidibus nigricantibus.*

6. Picus **awakera**, *Temm.* (Gecinus awakera, *Gr.*) *Pl. col.* 585. mas. - *Schlegel, Faun. Jap. t.* 36. m. *et* f. *ex Japonia. Similis* G. viridi, *magisque* G. eano; *sed minor, mystacibus rubris, et abdomine maculis transversis nigris.* Mas *pileo late rubro.* Faem. *occipite rubro.*

7. Picus **occipitalis**, *Vig.* (barbatus, *J. Gr.* faem. - Gecinus occipitalis, *Gr.*) *Gould, Cent. Him. B. t.* 47. - *Ill. Ind. Zool. t.* 31. 2. faem. *ex Asia centr. Viridis, subtus albido-virens, unicolor: genis gulaque canis; sincipite coccineo; macula magna elongata occipito-cervicali nigerrima.* Faem. *pileo toto nigro.*

8. Picus **squamatus**, *Vig.* (dimidiatus, *J. Gr.*) *Gould, Cent. Him. B. t.* 48. - *Ill. Ind. Zool. t.* 29. 1. - *Jard. et Selb. Il. Orn. t.* 108. *ex Asia centr. Viridis, uropygio flavido, nigricante-fasciatus: pileo et nucha coccineis; superciliis nigris: jugulo late griseo-viridi: abdomine albo-virescenti, plumis nigro-marginatis tanquam squamato: rostro flavicante.*

Quid P. striolatus, *Blyth.* (squamatus, *Jerd.* - Gecinus striolatus, *Gr.*) *Journ. As. Soc. Beng.* 1843. *p.* 1000. *ex Asia centr?*

d. Oceanici.

9. Picus **dimidiatus**, *Temm.* (vittatus, *Vieill.* - affinis, *Raffles*- bengalensis, *Horsf.* - viridanus, *Bl.* - squamatus, *Jerd.* - G. dimidiatus, *Boie*) *ex Java. Viridis, nucha uropygioque flavicantibus; subtus flavo-cinereus; pectore unicolore; abdomine plumis viridi-marginatis: cauda nigricante.* Mas *pileo latissime rubro.* Faem. *pileo, mystacibusque nigris.*

10? Picus **xanthopygius**, *Hodgs.* (lepidotus, *Natterer.* dimidiatus, jun. *Mus. Lugd.*) *ex Java. Minor: olivaceo-cinereus: occipite nigro: uropygio flavissimo: subtus albidus, pectoris abdominisque plumis nigricante-marginatis.*

262. **Chrysophlegma**, Gould, 1849. (Dryotomus, *Hodgs.* - Gecinus, p. *Gr.*) Asia. Oceania. 3.

1. Picus **flavinucha**, *Gould*, 1833. (Dryotomus flavigula, *Hodgs.* 1837.) *Gould, B. of Asia. t.* 6. adult. - *Gr. et Mitch. Gen. B. t.* 109. juv. *ex Nepal. Viridis, subtus cinereo-olivaceus: fronte rufescenti; crista occipitali e plumis sericeis flavissimis: juguli plumis nigerrimis, basi candidis: remigibus rufis, nigro-fasciatis et late terminatis: rectricibus nigris.* Mas *gula flavida.* Faem. *gula rufa nigro-varia.*

2. Picus ***nepalensis***, *J. Gr.* (mentalis, *Jerd.* - Gecinus nepalensis, *Gr.*) *Ind. Zool. t.* 31. I. fig. mala. *ex Asia centr. Flavo-viridis, tectricibus alarum rubro indutis: crista elongata, rubro-aurata: pectore viridi: cauda nigra.*

3. Picus ***chlorolophus***, *Vieill.* (chlorigaster *et* mentalis, *Jerd.* - Chloropicus xanthoderus? *Malherb.* - Gecinus chlorophaeus! *Gr.* - G. chlorolophus, *Blyth.*) *ex Asia cent. Fusco-virens, plumis griseo-limbatis; uropygio olivaceo: subtus ex virescenti-brunneus.*
Mas *pileo et vitta malari coccineis.*
Faem. *sincipite nigro, occipite tantum coccineo.*

*263. **Venilia**, Bp. (Brachylophus, *Strickl. nec Sw.* - Gecinus, p. *Gr.*) Asia. Oceania. 6.

a. Brachylophi, *Strickl. Cristati: erythrochlori.*

1. Picus ***puniceus***, *Horsf.* (Gecinus puniceus, *Gr.*) *Pl. col.* 423. *ex Java, Sumatra. Cristatus; viridis, tergo concolore: subtus olivaceus, lateribus undulatus: pileo alisque puniceis.*

2. Picus ***mentalis*** *et* gularis, *Temm.* (Gecinus mentalis, *Gr.*) *Pl. col.* 384. *ex Java. Viridis: occipitis crista, lateribus cinnamomea, postice flava: gula nigra, albo-varia: pectore cinnamomeo: alis sanguineis: cauda nigra.*

3. Picus ***miniatus***, *Forst.* (malaccensis, *Lath.* - rubescens, *Vieill.* - Gecinus miniatus, *Gr.* - G. malaccensis? *Blyth.*) *Ind. Zool. t.* 4. - *Shaw, Natur. Misc. t.* 413. *Ill. Ind. Zool. t.* 30. I. *ex Java, Sumatra, Borneo. Longe cristatus: miniato-sanguineus, uropygio flavicante; subtus olivaceo-fuscus, arctissime nigricante-vermiculato: gula fusco-rufa.*
Quid Gecinus pyrrhotis, *Blyth.* (Picus pyrrhotis, *Hodgson, nec* Meiglyptes *sive potius* Micropternus *aut* Phaiopicus) *ex Himal?*

b. Veniliae, *Bp. Sanguinei; capite laevi.*

4. Hemicercus rubiginosus, *Eyton, nec Sw.* (***porphyromelas***, *Boie.* - melanogaster, *Hay*). *Rev. Zool.* 1844. *ex Sum. Born. Major (Long.* $8\frac{1}{2}$*-poll.): sanguineo-rubiginosus; subtus brunneo-fuliginosus: capite flavo-brunneo: remigibus rectricibusque flavo-cinereo fasciatis: rostro albido.*
Mas *occipitis lateribus, mystacibusque coccineis.*

*5. **Venilia albertuli**, Bp. Mus. Societ. Zoolog. Amstelod. ex Ins. Celebes. Minimus (Longit. 5-poll.): miniato-coccineus, plumis basi fuscis; subtus nigricans, plumis bilunulatis albido-undulatus: capite laevi: remigibus intus albo-maculatis, rectricibusque fusco-nigris.*

Faem. *minor; rostro breviori; colore rubro, obscuriore.*

Proxenulo ornithologico parisiensi, Alberto Geoffroy de St. Hilaire, *Fringillarum discriminatori, Majorum gloriae per tertiam aetatem haud dubie propagatori, dicata! in qua rubrum colorem contemplatus, quum Tui, generose puer, essem memor, subito nigrum intuito tristis animum subiit istius, quem utinam fovere possem,* mei Alberti, *recordatio!*

6. Picus ***callonotus***, *Waterh.* 1840. (cardinalis, *Less.* 1845. *nec Gm.* - Dendrobates callonotus, *Gr.*) *O. des Murs, Pl. p.* 59. *ex Ins. Ocean. Pacif. Minor (Long.* 5½*-poll. - Rostr.* 8*-lin.): sanguineus, plumis basi fuscis: subtus albidus: capite laevi fusco, pileo nigricante, lateribus dilutioribus: gula, alisque subtus, albis: cauda fusca: rostro albido-corneo.*

Mas *pilei plumis elongatis, acutis, apice rubris.*

Quid Picus sanguineus, *Licht. Wagl. Syst. Av. sp.* 97. *Mus. Monac. ex America merid. Cayenna. Longitud.* 6½*-poll?.*

264. **Hemicercus**, *Sw.* Africa. As. Oc. 3.

1. Picus ***concretus***, *Reinw.* (Dendrocopus sordidus? *Eyton* - Hemicercus concretus, *Gr.*) *Pl. col. t.* 90. 1. 2. *ex Java, Sumatra, Borneo. Albo nigroque varius, subtus fuliginosus; capitis crista elongata.*

Mas *crista rubra.* Faem. *crista fuliginosa.*

2. Picus ***canens*** err. canente, *Less.* (Himicercus canente! *Gr.*) *Cent. Zool. t.* 73. *ex Pegu. Longit. vix* 6*-poll. coracino-niger, subtus nigricans: fronte albo-punctata: interscapilio, uropygio, vitta humerali lata, gula, juguloque albo-cinereis.*

3? Picus ***cordatus***. *Jerd.* (Hermicercus cordatus, *Gr.*) *Ill. Ind. Orn. t.* 40. *ex Asia mer. Pegu. Minor* praeced. *sed vix specie distinctus.*

265. **Celeus**, Boic. (Malacolophus, *Sw.* - Celeopicus, *Malh.*) America trop. 11.

1. Picus ***undatus***, *L.* (Celeus undatus, *Gr.*) *Edw. B. t.* 332. *ex Amer. mer. Major: ex olivaceo aurantio-rufus, omnino nigro-undulatus: tectricibus alarum inferioribus immaculatis.* Mas *vitta infra-oculari, genisque coccineis.*

2. Picus ***flavescens***, *Gm.* (Celeus flavescens, *Boie.* - *Azara*, 251.) *Sp. Av. Br. t.* 49. 1. mas. 2. faem. *ex Bras. m. Parag. Albo-nigroque fasciatus; subtus nigerrimus: capitis crista elongata, genis, gulaque, flavis; capistro, mystacibusque rubris.*

3. Picus ***tinnunculus***, *Wagl.* (Celeus tinnunculus, *Gr.*) *Isis*, 1829. *Rufo nigroque fasciatus: capite subcristato, colloque supra ochraceis: subtus flavido nigroque lineatus; jugulo nigro unicolori: rectricibus nigris, a basi ultra medium rufo-fasciatis. Rostrum elongatum.*

4. Picus ***cinnamomeus***, *Gm.* (flavicans? *Spix*, jun. - Celeus cinnamomeus, *Boie*). *Pl. enl.* 524. - *Vieill. Am. s. t.* 111. mas. - *Av. Br. t.* 51. 2. jun. *ex Gujana. Rufo-cinnamomeus, maculis dorsalibus luteis; pileo cristato, et corporis lateribus, luteis.* Mas *vitta mystacali rubra.*

5. Picus ***exalbidus***, *Gm.* (flavicans, *Lath.* - Celeus citrinus, *Gr. ex Bodd.*) *Pl. enl.* 509. *ex Cayenna. Ex rufescenti luride flavidus: genis inferne rubris.*

6. Celeopicus ***smaragdicollis***, *Malh. Rev. Zool.* 1849. *p.* 534. *sp.* 7. *Mus. Nannetens. ex Cayenna. Similis* praeced. *sed macula jugulari triquetra smaragdina!* Mas *cristatus: ochraceus: vitta postoculari late coccinea.*

7. Picus ***rufus***, *Gm.* (Celeus rufus, *Gr.*) *Pl. enl.* 694 1. *ex Gujana. Ex toto rufus nigro-undulatus: cauda fasciata, apice nigricante: rostro pallido.* Mas *vitta malari coccinea.*

8. Picus ***jumana***, *Spix.* (Celeus tumana, *Gr.*) *Av. Bras. t.* 47. m. et f. *ex Bras. sept. Ex toto saturate rufo-cinnamomeus, unicolor; uropygio et hypochondriis ochraceis: femoribus, alarum flexura, tectricibusque inferioribus, flavidis.* Mas *vitta malari coccinea.*

9. Picus ***badioides***, *Less.* (castaneus. *Wagl. ex Licht.* Celeus badioides, *Gr.*) *Cent. Zool. t.* 14. *ex Mexico. Castaneus, undique nigro-variegatus; uropygio dilutiori, immaculato: capite cristato ex toto flavo-rufo: cauda apice nigra.*

10. Picus ***multicolor***, *Gm.* (scutatus, *Wagl.* - thoracinus, *Less.* - Celeus torquatus, *Gr. ex Bodd.*) *Pl. enl.* 863. *ex Amer. mer. Capite cristato ex toto fulvo-rufo: alis rufis: pectore nigerrimo; abdomine flavicante.* Mas *vitta malari sanguinea.*

11. Picus ***ochraceus***, *Spix.* (Celeus ochraceus, *Gr.*) *Av. Bras. t.* 51. 1. *ex Brasil. sept. Rufescente-ochraceus, nigro-maculatus; capite, crista magna elongata, gula, cervice, uropygio, alarum tectricibus inferioribus, femoribusque ochraceis dilutioribus immaculatis: subtus ex toto nigricans, plumis subtulissime rufescente-marginatis.* Mas *vitta malari coccinea.*

266. **Hemilophus**, Sw. Asia. Oceania. 7.

1. Picus ***mackloti***, *Wagl.* (pulverulentus, *Temm.* - gutturalis, *Valenc.* - javensis faem. *Horsf.* - Hemilophus mackloti, *Gr.*) *Pl. enl.* 389. *ex Java. Similis* sequenti; *sed major (Longit.* 18-*pollic.*)*: rostro apice nigro.*

*2. ***Hemilophus mülleri***, *Bp.* (Picus pulverulentus, jun! *Mus. Lugd.*) *ex Borneo. Minor (Long.* 14-*poll.*)*: rostro apice albo: nigricans (ut* Hem. mackloti)*, sincipitis plumis perbrevibus, adpressis, punctulo apicali albo (tamquam* praeced.) *pulverulentus: gula albido-rufescenti: rectricibus nigris.* Mas *mystacibus rubris.*

Dicatus S. Mullero, *qui praeter innumera pretiosissima Animalia hanc quoque Avem ex Malaiasia secum apportavit. Quem magnopere gaudeo, quod vivum cum* Mackloto *amico, peregrinatore et ipso, sed mortuo, hic potuerim conjungere, sicuti postea in excellentium peregrinatorum historia consociati manebunt.*

3. Picus ***fulvus***, *Quoy et Gaim.* (Hemilophus fulvus, *Gr.*) *Voy. Astrol. Ois. t.* 17. *ex Oceania, Celebes. Niger; subtus flavidus: occipite, genis, colloque undique, albo-punctatis: facie rubra: cauda fusco-rufescenti.*

4. Picus ***javensis***, *Horsf.* (horsfieldi, *Wagl.* - leucogaster, *Wagl. ex Reinwardt.* - crawfurdi, *J. Gr.* - Hemilophus javensis *et* leucogaster, *Gr.*) *Griff. An. Kingd.* II. *p.* 513. - *Pl. col.* 501. *ex Java, Sumatra, Borneo. Niger: capite cristato, et taenia colli utrinque laterali, coccineis: abdomine albo-testaceo.*

5. Picus ***hodgsoni***, *Jerd.* (Hemilophus hodgsoni, *Gr.*) *Madr. Journ.* x. *p.* 215. cum fig. - *Ill. Ind. Orn. t.* 5. *ex Asia mer. Malabar.*

6. Picus ***lichtensteini***, *Wagl.* (funereus, *Valenc.* - modestus, *Vig.* - punctatus, *Less.* - Hemil. lichtensteini, *Gr.*) *ex Manilla. Nigro-coracinus: capite subcristato, gula, colloque, punctis minutis albis apicalibus conspersis.* Mas *sincipite genisque atro-coccineis.* Faem. *sincipite nigro.* Jun. *nigro-ardesiacus, pectore* etiam *albo-punctulatus.*

7. Picus ***validus***, *Reinw.* (Campephilus validus, *Gr.*) *Pl. col.* 378. mas. 402. faem. *ex Java, Sumatr. Born. Crista occipitali brevissima: alis caudaque nigris; remigibus rufo-fasciatis.* Mas *pileo, collo, pectore, abdomineque coccineis; genis, mento, cervicequeauratis: uropygio, crissoque ex aureo flavo-coccineis.* Faem. *ex toto sordide grisea; genis et cervice flavescentibus.*

267. **Dryocopus**, Boie. (Dryotomus, *Sw.* - Campephilus, *Gr.*) Eur. America. 17.

a. Europaeus.

1. Picus ***martius***, *L.* - *Pl. enl.* 596. - *Gould, Eur. t.* 225. *ex Eur. As. occ. Nigerrimus: capite laevi: rostro depresso, supratricarinato, subtus albido, apice nigro: tarsis semiplumosis.* Mas *pileo rubro.* Faem. *macula tantum occipitali rubra.*

b. Americani septentrionales.

2. Picus ***pileatus***, *L.* (Dryocopus pileatus, *Boie*) *Pl. enl.* 718. *Wils. Am. Orn. t.* 29. 2. - *Audub. Am. t.* 13. *ex Amer. sept. Nigricans: cristatus; stria superciliari, vitta genarum utrinque per latera ducta, gula flexura et speculo alarum, albis: fascia oculari nigra.*
Mas *capitis crista et mystacibus coccineis.*
Faem. *pileo et mystacibus fuscis, crista tantum coccinea.*

3. Picus ***principalis***, *L.* (Campephilus principalis, *Gr.* Dendrocopus principalis, *Bp.*) *Pl. enl.* 690. mas. - *Vieill. Ois. Am. s. t.* 109. - *Wils. Am. Orn. t.* 29. 1. - *Aud. Am. t.* 66. *ex Am. s. or. Coracino-niger. vitta lata infraoculari per latera colli ad dorsum, remigibusque secundariis albis: crista elongata: narium plumulis albis: rostro eburneo.* Mas *crista coccinea, superius nigra.* Faem. *crista tota nigra.*

4. Picus ***imperialis***, *Gould*, 1832. (Campephilus imperialis, *Gr.* - Dryocopus imperialis, *Bp.*) *Aud. Orn. Biogr.* v. *p.* 313. Fig. nulla. *ex Amer. sept. occ. Longit. 2-pedal. - Al. 1-ped. - Rostr. 4-poll: - Nigro-virens, vitta laterali nulla: dorsi macula triangulari, remigibusque secundariis interne, albis: crista occipitali, laxa, sericea, longissima: narium plumulis nigris: rostro eburneo.* Mas *crista coccinea.* Faem. *crista concolore.* Picidarum maxima!

c. Americani meridionales.

5. Picus ***albirostris***, *Vieill.* (comatus, *Ill.* - melanoleucus, var. *Lath.* - Dryocopus albirostris, *Gr.*) *Spix Av. Bras. t.* 45. *ex Brasil. Mexico? Niger; abdomine albo-rufescenti, nigro fasciato: pileo genisque coccineis; vitta laterali et tectricibus alarum inferioribus albis: rostro albido.* Faem. *crista coccinea superne nigra; genis albis, nigro-marginatis.*

Quid Picus melanus, *Wagl. Mus. Paris. ex Cayenna, minor, subtusque ex toto niger?*

6. Picus ***lineatus***, *L.* (Dryocopus lineatus, *Boie.*) *Pl. enl.* 717. - *Spix, Av. Bras. t.* 48. *ex Brasil. Niger; subtus albidus, nigricante-fasciatus: gula alba: genis plumbeis: pileo, crista, et vitta malari coccineis: scapularibus et rectricibus partim, tectricibusque alarum inferioribus, albis.* Faem. *crista coccinea: sincipite nigro; vitta malari cinerea.*

7. Picus ***galeatus***, *Natter.* (Dryocopus galeatus, *Gr.*) *Pl. col.* 171. *ex Brasil. Niger; subtus ex toto albo-rufescens, nigro-fasciolatus: crista magna laxissima, et vitta malari coccineis: genis albo nigroque variis: remigibus intus pulchre rufis: rostro caerulescenti, apice albo.* Mas *pileo ex toto rubro, cristato.* Faem. *occipite tantum subcristato, rubro.*

8. Picus ***erythrops***, *Cuv. nec Vieill.* (semitorquatus, *Licht.* Dryocopus erythrops, *Gr.*) *O. des Murs. Pl. p.* 27. *ex Buenos ayres. Nigerrimus, cristatus: abdomine albido-undulato: loris aureis: vitta suboculari per latera colli ducta, gulaque nigro-striolata, albis: tectricibus alarum inferioribus albo-sulphureis: rostro fusco-corneo.* Mas *pileo ex toto, mystacibusque coccineis.* Faem. *occipite tantum coccineo.*

9. Picus ***scapularis***, *Vig.* (Dryocopus scapularis, *Gr.*) *Zool. Journ.* IV. *p.* 354. *ex Amer. mer. Niger, vitta utrinque ad colli latera, abdomineque fulvo-albis: pileo cristato, mystacibusque coccineis: alarum tectricibus inferioribus albis: rostro eburneo.*

10. Picus ***magellanicus***, *King*, 1827. (jubatus, *Lafr.* faem. Campephilus magellanicus, *Gr.*) *Jard. et Selb. Ill. Orn. t.* 105. mas. - *Mag. Zool.* 1843. *t.* 31. faem. *ex Patag. mer. Nigerrimus; capite cristato toto ac collo coccineis, plumis basi nigris: tectricibus alarum inferioribus, remigibusque secundariis partim albis.*

Faem. *capite crista longissima colloque nigris, capistro tantum coccineo.*

11. Picus ***pollens***, *Bp.* (Campephilus malherbii, *Gr.*) *Act. Ital. Mediol.* 1845. jun. - *Mitch. Gen. of B. t.* 108. mas. *ex S.ta Fe de Bogota. Niger: pileo rubro, cristato: dorso, et alarum tectricibus inferioribus, albis: abdomine, uropygio, crissoque cinnamomeis, nigro-undulatis: remigibus intus maculis albis* (minime rufis), aetate *evanescentibus.*

Mas adult. *genis rubris; crista elongata ex toto coccinea.*

Faem. *genis rubris; crista elongata superius nigra.*

Junior *genis nigris, fascia suboculari alba; crista brevi, rubra.*

12. Picus ***guatemalensis***, *Hartlaub.* (Campephaga guatemalensis, *Gr.*) *Rev. Zool.* 1844. *p.* 214. *ex Am. centr. Niger, verticis plumis elongatis, occipite, genis, et capistro coccineis; subtus flavidus nigricante subundulatus: colli fascia utrinque, dorso medio, alarum flexura et tectricibus inferioribus, flavis: rostro eburneo.*

13. Picus ***robustus***, *Licht.* (Campephilus robustus, *Gr.*) *Spix, Av. Bras. t.* 44. *ex Amer. mer. Brasil. Cinnamomeus, subtus nigro-fasciatus: capite cristato colloque coccineis; fronte, mento, alis, caudaque nigris: maculis internis rectricum, tectricibus alarum inferioribus, lorisque cinnamomeis.*

*14. **Dryocopus percoccineus**, *Bp. Mus. Lugd.* ex Buen. Ayres. *Simillimus* praeced. *sed major, crista magis explicata, et, cum capite et collo, vividiore coccineo.* Mas adult. *fronte loris mento percoccineis, macula tantum subauriculari albida nigraque.*

15. Picus **rubricollis**, *Bodd.* (Campephilus rubricollis, *Gr.*) *Pl. enl.* 612. ex Gujana. *Niger; subtus fulvo-fuscescens, pectore rubro induto: capite subcristato colloque ex toto coccineis: remigibus intus rufis, immaculatis.*

16. Picus **haematogaster**, *Tschudi.* (Dryocopus haematogaster, *Gr.*) *Faun. Per. t.* 25. ex Amer. mer. occ. *Coccineus; genis flavis; fronte, regione parotica, fascia oculari, vitta utrinque ad colli latera, interscapilio, alis, caudaque nigris.*

17. Picus **boiei**, *Wagl. nec Temm.* (leucopogon, *Valenc.* - atriventris *et* caniventer, *Orb.* - Campephilus bojei, *Gr.*) *Syst. Av. sp.* 3. ex Brasil. *Nigerrimus; cristatus; vitta utrinque a rostro ad aures alba: occipite ad latera, crista, et fascia mentali lata in nucha confluente, coccineis: rostro albo.*

Luculento *Avis sumptuose artefactae* exemplo Pici boiei, *Temminck, Pl. col.* 473. (*P. sumptuosus!* et *rayeri!!* Less. - *Campephilus sumptuosus*, Gr.) manifestum fit, Virum illum, qui tam diligenter et acriter versatus est in fictitiis Avibus indagandis, quique tot jam imposteres redarguit, et ipsum interdum sibi imponi passum esse.

268. **Picus**, L. (Dryobates, *Boie.* - Picus *et* Leuconotopicus! *Malh.*) Cosmopol. 40.

a. Europaei.

1. **P. major**, *L.* (cissa, *Pall.* - pipra, *M.c Gill.*) *Pl. enl.* 196. 595. - *Gould, Eur. t.* 229. ex Eur. As. sept. *Albo nigroque varius: fronte, genisque albis; vertice, dorsoque nigris: occipite et crisso rubris: abdomine griseo, lateribus immaculatis.*

2. **P. medius**, *L.* (cynaedus, *Pall.*) *Pl. enl.* 611. - *Gould, Eur. t.* 280. ex Europa. *Albo nigroque varius: fronte cinerea; pileo crissoque rubris; collari albo: lateribus rubellis, nigro-striatis.*

3. **P. minor**, *L.* (pipra, *Pall.* - striolatus, *Meyer.*) *Pl. enl.* 598. - *Gould, Eur. t.* 231. ex Europa. *Albo nigroque varius: fronte fusca: pileo rubro: subtus ex toto rufescens: macula utrinque ad colli latera fusca: gula alba; lateribus maculatis.*

4. **P. leuconotus**, *Bechst.* (cirris, *Pall.*) *Wern. Atl. Temm. Man. fig. med. Gould, Eur. t.* 228. *ex Europa. Albo nigroque varius: fronte, genis, dorso, juguloque albis; pileo crissoque rubris; mystacibus nigris: lateribus rubellis, nigro-striatis.*

b. Africani.

5. **P. numidicus**, *Malh*, 1842. (jabala, *Mus. Paris.*) *Faun. Orn. Sicil. et Rev. Zool.* 1845. *ex Algeria. Similis* P. majori *Europae; sed rostro longiore, et pectoris torque nigro et coccineo.*

Quid P. syriacus, *Hempr. et Ehrenb.* (Campethera syriaca, *Gr.*) *Symbol. Phys.* 1828. *ex Asia occ. mer. Statura* P. medii; *albo-nigroque varius; subtus albo-flavicans: taenia colli laterali nigro-fusca; pectoris fascia transversa interrupta coccineo-rosea?*

Quid P. obsoletus, *Wagl. Isis*, 1829. *p.* 510. *ex Senegambia. Fuliginosus fere unicolor, capitis lateribus striatus: subtus sericeo-albidus, immaculatus: remigibus, rectricibusque albo et fuliginoso maculato-fasciatis?*

c. Asiatici.

6. **P. kizuki**, *Temm. Pl. col.* descr. tant. - *Schleg. Faun. Japon. t.* 37. m. *et* f. *ex Japon. Parvulus: rostro fusco flavidoque vario: alis caudaque longiusculis: dorso alisque late albo-fasciatis: rectricibus quatuor mediis omnino nigris, extimis duabus albo nigroque fasciatis.*

8. **P. pygmaeus** *et* nanus? *Vig.* (trisulensis, *Licht.*) *Proc. Zool. Soc.* 1831. *p.* 172. *et* 44. *ex Asia centr. Minimus* (*Long.* $4\frac{1}{2}$-*poll.*): *nigricans, dorso fasciis, alis caudaque maculis, albis: subtus albidus nigricante-striatus: superciliis et vitta suboculari albis: sincipite fusco; occipite nigro, striola auriculari utrinque coccinea.*

9. **P. macei**, *Temm. an Vieill?* (medius, ex India? *Lath.*) *Pl. col.* 59. 2. - *J. Gr. Ill. Ind. Zool.* I. *t.* 32. 1. mas jun. 2. faem. *ex Bengal. Niger, albo-varius; subtus rufescens: pileo rubro: cauda nigra, albo-fasciata: rectricibus mediis omnino nigris.*

10. **P. mahrattensis**, *Lath.* (haemasoma, *Wagl.* - auricristatus, *Tickell*) *Gould, Cent. Him. B. t.* 51. - *Ill. Ind. Zool. t.* 33. 2. *ex Asia. Niger, albo-margaritatus; pileo aureo-griseo: subtus albidus, collari lato interrupto griseo-fusco: abdomine medio rubro; lateribus fusco-striatis.* Mas *crista occipitali rubra.* Faem. *crista occipitali flavicante.*

11. **P. brunnifrons** *vel* aurifrons, *Vig. Pr. Zool. Soc.* 1831. - *Gould, Cent. Him. B. t.* 52. *ex Asia centr. Albo nigroque varius: subtus albus nigricante-guttulatus: fronte fusca; vertice brunneo-aurato; occipite* (maris) *crissoque coccine.*

12. ***P. hyperythrus***, *Vig.* 1831. - *Gould, Cent. Him. B. t.* 50. *ex Asia centr.* *Albo nigroque varius; subtus cum colli lateribus fulvo-castaneus: crisso coccineo: capistro et vitta oculari albis: maxilla nigra, mandibula alba.*
Mas *pileo coccineo.* Faem. *pileo nigro, albo-striato.*

13. ***P. dargellensis***, *Blyth*, 1845. (majoroides, *Hodgs. Mus. Lugd.* mas. - himalayensis, *Mus. Lugd.* faem. - hodgsoni? *Malherb.*) *ex Asia centr.* *Nigerrimus, macula scapulari magna, remigum rectricumque lateralium minoribus, albis; subtus albo-rufescens, maculis nigris magnis crebris longitudinalibus; fronte, genis, mento, albidis: jugulo, et colli lateribus flavo-rufis; crisso rubro.*
Mas *occipite coccineo.*

14? ***P. himalayensis***, *Jard.* (assimilis, *Natt.* - himalayanus, *Blyth.*) *Ill. Orn. t.* 116. *ex As. centr.* *Nigerrimus, macula scapulari magna, remigum maculis parvis, albis; subtus flavido-griseus immaculatus; crisso rubro: alis brevibus!*
Mas *pileo coccineo plumis basi late nigris.*

15. ***P. hardwicki***, *Jerd.* (variegatus, *Wagl. nec Lath.* moluccensis! *J. Gr. an Lath.* var. b? *nec Gm.*) *Ill. Ind. Zool. t.* 33. I. mas. *et* faem. *ex Asia mer.* *Minimus: fusconigricans, maculis albidis striatus; pileo immaculato: subtus albidus, maculis paucis fuscis, obsoletis: rostro brevissimo: cauda alas vix excedenti.*

16. ***P. cinereigula***, *Malh. Mus. Brit.* 1845. *Rev. Zool.* 1849. *p.* 531. *sp.* 4. *ex Asia mer.* *Nigricans, maculis candidis fasciato-lunulatus; uropygio candido, fusco-striato: subtus albo-flavidus; gula cinerea albo-striata; crisso albo striolis nigris: genis fuliginosis, vitta duplici alba.*
Mas. *vertice stria utrinque coccinea.*

17. ***P. mitchelli***, *Malh. Rev. et Mag. Zool.* 1849. *p.* 553. *sp.* 3. *Mus. Britann.* *ex Asia centr. Nepal.* *Similis* P. moluccensi; *sed rostro breviore: subtus albo-rufescens, guttulis numerosis rufo-nigricantibus: rectricibus mediis nigris, immaculatis.*

Illustratori eximio Generum Avium; *urbanissimo* David. S. Mitchello *in rebus quae ad Zoologiam sustentandam pertinent versatissimo!*

Quid P. scintilla, *Natter*, affinis praecedenti: *rostro longiori: corpore supra minus albo-variegato: cauda nigricante?*

Quid P. pectoralis, P. canicapillus, P. rubricatus, P. gymnophthalmus *et* P. validirostris, *Blyth, Journ. As. Soc. Bengal.* XIV. *p.* 197?

Quid P. cathpharius, *Hodgs. Journ. As. Soc. Beng.* 1843. *p.* 1006. *ex Asia centr?*

d. OCEANICI.

18. **P. moluccensis** *et* bicolor? *Gm.* (Tripsurus auritus, *Eyton*) *Pl. enl.* 748. 2. *ex Sum. Born. Minimus: fuscus, albo-striatus; pileo immaculato; subtus cinerascens, guttulis latis, nigris, crebris: rostro longiculo: rectricibus alas valde caudam excedentibus, omnibus albo nigroque fasciatis.* Mas *striola utrinque occipitali coccinea inconspicua.*

19. **P.** MINOR, *Horsf.* (**analis**, *Temm.* - macei, *Wagl. nec Temm.* - wagleri? *Hartl.*) *ex Java. Similis* P. macei, *sed minor: niger, albo-striatus; subtus albus, pectore nigro-maculato: genis colloque albis, vitta laterali utrinque nigra: crisso rubro: pileo* (maris) *coccineo: rectricibus omnibus albo nigroque fasciatis.*

20. **P. temmincki**, *Malh. Rev. et Mag. Zool.* 1849. *p.* 530. *sp.* 2. *Mus. Lugd. ex Celebes. Similis* P. Kisuki, *sed minor: rostro longiori unicolori: tectricibus alarum remigibusque tantum albido-punctatis: rectricibus omnibus fasciis albo-rufescentibus.*

Oppositionis studio obscurissima Avis splendidissimo Mus. Lugd. Moderatori *dicata!*

e. AMERICANI SEPTENTRIONALES.

21. **P. stricklandi**, *Malherb. Rev. Zool.* 1845. *p.* 373. *ex Mexico. Nigricans, dorso albo-striato: regione parotica, superciliis, et semicollari albis: subtus albus, gula pectoreque maculis, abdomine fasciis, nigris: alis elongatis!*

22. **P. jardinii**, *Malherb. Rev. Zool.* 1845. *p.* 374. *ex Mexico. Nigerrimus, tergo cinereo-striato; subtus, cum genis et colli lateribus, ex cinereo rufescens.*

23. **P. querulus**, *Wils.* (leucotis, *Ill.* - borealis, *Vieillot*, vieillotii, *Wagl.*) *Am. Orn. t.* 15. I. - *Ois. Am. s. t.* 122. *Aud. Am. t.* 389. *Albo nigroque fasciatus; tectricibus caudae aterrimis, alarum maculis cordiformibus albis: subtus albus, lateribus nigro-guttulatis: pileo toto lucide nigro: narium plumulis albis: striola utrinque ad occipitis latera coccinea.*

24. **P. villosus**, *L.* - *Pl. enl.* 754. - *Wils. Am. Orn. t.* 9. I. *Vieill. Ois. Am. s. t.* 120. - *Aud. Am. t.* 416. 1. 2. *Albo nigroque varius, dorsi plumis mediis longioribus albis subvillosus: fronte alba; pileo genisque nigris; plumulis narium, superciliis, vitta utrinque lata infraoculari, corpore subtus; rectricibusque lateralibus albis.* Mas *occipite rubro.*

2. ***D. nazarenus***, *Gm.* (Oiseau de Nazare et Oiseau de nausée, *Buff. Hist. Nat. Ois.* 1. *p.* 485. - Ois.

de Nazareth, *Cauche, Madagascar, p.* 130. - Nazarene Dodo, *Lath.*) *Strickland et Melville, Hist. Dodo, t.* 15. *f.* 2. metatarsus ex Museo Andersoniano Glasgoviae, *f.* 3. metatarsus ex Mus. Paris. *ex Ins. Rodriguez. Valde major* praecedentis: *rostro ingente: corpore lanuginoso: pedibus elongatis, squamatis.*
Minime *Casuarius* cum *Dido inepto* confusus!

4. **Pezophaps**, Strickland. 1848. (Didus, *part. L.*) Rostrum breve, robustum, incurvum. Ext. Ins. Rodrig. 1.
Didus ***solitarius***, *Gm.* (Pezophaps solitaria, *Strickl.* - Solitaire, *Leguat*, 1691. *Buff.*) *Schleg. over de Dodo, p.* 15. *f.* 3. - *Id., Struisacht. Vög. f. in p.* 22. *ex Ins. Rodriguez. Rostro brevi anserino.*

5. **Cyanornis**, Bp. (Apterornis, *part. Selys*). Rostrum elongatum, acuminatum. Ext. Ins. Borbon. et. Rodrig. 2.
1. C. ***erythrorhyncha***, *Bp.* (Apterornis caerulescens, *Selys.* - Oiseau bleu, *Anonym. D. B.* - Didus broeckii? *errore brouckei, Schleg.*) *over de Dodo, p.* 27. *f.* 4. - *Id., Struisacht. Vög. f. in p.* 23. *ex Insula Borbon. Broeck* 1618. - *D. B.* 1669. - *Minor; cyanea; rostro incurvo, pedibusque rubris.*
2. Apterornis ***bonasia***, *Selys* (Pezophaps minor? *Strickl.* - Didus herberti, *Schleg.* - Hen, *Th. Herbert*, 1627. - Velt hoenders, *Cornelisz.* - Feld huner? *Verhuffen.* - Poules rouges au bec de Bécasse, *Cauche.* - Gelinottes, *Leguat*). *Schlegel, over de Dodo, p.* 27. *f.* 5. - *Id., Struis. Vög. f. in p.* 24. *ex Insula Mauritii* 1601-1628; rara in 1693; nunc extincta. *Minor; rostro recto, scolopacino.*
Quid Cyanornis? ex Madagascar, *Cauche* - ex Ins. Rodriguez, *Leguat*, - *Cinereae; orbitis rubris: rostro bipollicari, recto! acuto, rubro?*

Ordo 5. *Columbae.*

TRIBUS 1. PLEIODI.

Rostrum validissimum, valde compressnm; mandibula apice bidentata, maxilla mirifice incurva amplectente: lingua ampla apice cuspidata cornea. *Arboreae.*

FAMILIA 77. DIDUNCULIDAE.

SUBFAMILIA 188. *DIDUNCULINAE.*

6. **Didunculus,** T. Peale, 1848. (Gnathodon, *Jard.* 1845. *nec J. Gr.* 1836. - Pleiodus! *Reich.* 1850). Alae breves; remigibus acuminatis, remigum quarta omnium longissima; alulis spuriis valde explicatis: cauda subaequalis: pedes ingentes; tibiis valde denudatis; digitis late scutellatis; ungues longi incurvi; medio interne in aciem expansa. Terrae antarct. 1.

GNATHODON ***strigirostris***, *Jard.* (Pleiodus, *hinc* Didunenlus strigirostris, *Reich.* - Didunculus strigirostris, *Gould ex Peale* 1848) in *Ann. Nat. Hist.* XVI. *f.* 9. - *Gould, Austr.* V. *t.* 76 .- *Gr. et Mitch. Gen. of B. t.* 120. mas *et* faem. - *Unit. Stat. Expl. Exped.* VIII. *p.* 209. *t.* 60. - *Reich., Syst. Av. t.* 271. *f.* 2497. 2498. et *t.* 275. *f.* 1528. - *O. des Murs, Encycl. Hist. Nat. Ois.* VI. *p.* 68. *f.* 73. *ex Ins. Upolu, Archip. Samoens.* - *Castaneus; capite collo, pectoreque, nigris æneocyaneo purpurascentibus; abdomine et tectricibus caudae inferioribus fuliginosis; crisso castaneo: tectricibus alarum majoribus remigibusque nigricantibus; secundariis gradatim in castaneo vergentibus: cauda vix rotundata; rectricibus interne ardesiacis, rachidibus fuscis ad basim albis: orbitis pedibusque carmineis.*

Cum *Odontophoro* et *Dendrortyge* generibus GALLINARUM ORTIGINIS affinitatem praebet.

TRIBUS II. GYRANTES.

FAMILIA 78. TRERONIDAE.

Rostrum robustum, tumidum, rictu amplo! Pedes breves crassi, semiplumosi; digiti musculares; ungues validi adunci. Cauda rectricibus quatuordecim. Plumae molles; opacæ: colores virides; alarum fascia flava.

Frugivorae. Arboreae. Prehensores. Analogia ad *Psittacos* clamant.

SUBFAMILIA 189. *TRERONINAE.*

7. **Phalacrotreron**, Bp. (Vinago *part. Cuv.* - Treron *part. Gr.*). Rostrum basi denudatum, depressum: remige secunda omnium longissima. Afr. 5.

1. Vinago calva, *Verr. nec Temm.* (***delalandii***, *Bp.* - Treron nudirostris, *Licht. nec Auct.*) *Rev. Zool.* 1851. *p.* 423. fig. nulla. *ex Afr. m. Port-Natal.* - *Major* (*Longid.* 11 *poll.*). *Flavo-viridis, capite virescente; cervice plumbeo-coerulescente: subtus pallide virens; abdomine tibiisque flavissimis: tectricibus caudae inferioribus albo, viridi, castaneoque variis: remigibus nigris; humeris violaceo-vinaceis; tectricibus fuscis, margine externo flavidis: rectricibus viridibus, lateralibus apice pallidis, omnibus subtus basi nigris, apice albidis: rostro basi pedibusque aurantiis.*

2. Treron ***crassirostris***, *Fraser* (Vinago crassirostris *hinc* Phalacrotreron crassirostris, *Bp.*) *Proc. Zool. Soc.* 1843. *p.* 35. - *Zool. Typica, t.* 60. - *Reich. Syst. Av. t.* 244. *f* 2487. - *ex Ins. Afr. occ. Sancti Thomae. Dilute viridis; subtus viridi-citrina: capite, collo, pectoreque cinerascente-viridibus: crisso castaneo plumis apice flavis: tectricibus caudae inferioribus rufo-brunneis, apice flavidis: humeris macula vinacea circumscripta; tectricibus remigibusque flavo-marginatis, hinc alae bifasciatae: cauda cinerea, subtus basi nigra, fascia apicali lata griseo-argentea: rostro robustissimo, plumbeo, ceromate flavicante; pedibus flavis.*

3. Columba ***calva***, *Temm.* (Vinago australis, *Jard et Selb. nec Cuv.* - pityriopsis, *Verr.* - Treron calva, *Gr. nec Hartl.* - australis, *Hartl. nec L.* - Phalacrotreron calva, *Bp.*). *Knip, Pig.* 1. *Colombars, t.* 7. - *Ill. Orn. t.* 81 - *ex Afr. occ.* - *Media: olivaceo-cinerascens: subtus cum capite colloque undique flavo-olivacea: humeris dilute et late vinaceis: cervice caudaque supra ex toto griseis: tectricibus caudae inferioribus longissimis, fere omnino castaneis: rostro basi rubro.*

4. VINAGO ***nudirostris***, *Sw.* (australis *Aliq. nec L.* - Treron nudirostris, *Reich.* - Tr. calva, *Gr. part. nec Temm.* - Phalacrotreron nudirostris, *Bp.*). *Birds of West-Afr.* II. *p.* 205 - *Gordon in Jard., Contribut.* 1849. *p.* 12. - *Reich., Syst. Av. t.* 244. *f.* 2486. *ex Afr. occ. Gambia Guinea sup. Minor* (Long. 10. poll. idest 22 cent.); *Ex grisescente olivaceo-viridis; subtus cum capite colloque flavescente-viridis; interscapilio cinereo; humeris obscure et restricte violaceo-vinaceis: remigibus, tectricibusque alarum flavido-marginatis; tectricibus caudae inferioribus cinnamomeis: cauda cinerea, subtus argentea, dimidio basali nigro: rostro basi ruberrimo: pedibus sulphureis.*

5. COLUMBA ***abyssinica***, *Lath.* (humeralis *mas. excl. syn. Wagl.* - waalia, *Bruce.* - Treron abyssinica, *Gr.* - Vinago abyssinica, *Bp.*) *Le Vaill. Afr.* VI. *t.* 276 *nec* 277. - *Knip, Pig.* I. *Colombars. t.* 8. - *Reichenb, Syst. Av. t.* 242. *f.*, 1346. *ex Africa or. et occ. Abyssin. Senegambia, Guinea. - Pallide olivaceo-viridis; subtus cum capite colloque griseo-virens; abdomine flavissimo: tectricibus alarum cum scapularibus flavo-marginatis, minoribus maxima ex parte laete vinaceis, majoribus nigricantibus; tectricibus caudae inferioribus pallide cinnomomeo castaneoque variis: cauda cinerea subtus a basi ad medium nigra, hinc griseo-argentea: rostro brevissimo, robusto, valde adunco: pedibus rubentibus.*

8. **Vinago**, Cuv. (Treron. p. *Gr.*). Rostrum breve angustum, basi vix nudum, compressum: remigum tertia omnium longissima. Afr. 1.

COLUMBA ***australis***, *L. nec Hartl.* (madagascariensis, var. b. *Gm.* - humeralis faem, *Wagl.* - Palumbus viridis madagascariensis, *Briss.* - Vinago australis, *Cuv.*). *Pl. enl.* 111. - *Briss. Orn.* I. *t.* 14. *f.* 2. - *Shaw. Gen. Zool.* XI. *p.* 115. - *Knip., Pig.* I. *Colombars, t.* 3. *et* 8? sub nomine abyssinica faem. - *Reichenbach, Systema Avium.* (*t.* 242). *f.* 1347. *ex Madagascar. - Griseo-olivaceus; subtus cum capite colloque flavoviridis: macula humerali vinacea circumscripta: rectricibus alarum nigricantibus, mediis cum scapularibus, margine externo late stramineo: tectricibus caudae inferioribus albo-cinnamomeo castaneoque variis: remigibus nigris, secundariis flavo limbatis: cauda cinerea, rectricibus lateralibus subtus nigris, a medio ad apiem argenteis.*

9. **Sphenocercus**, Gr. 1840. (*hinc* Treron *part.* - Sphenurus, *Sw.* 1837. - Sphenoena *errore Bp. Consp. Syst. Orn. et* Sphenotreron *in litt.*). Rostrum modicum apice tantum corneum: orbitis modice nudis: soleis angustis nec late depressis: remigum tertia haud emarginata. Cauda cuneiformis, rectricibus acutis; mediis plus minus elongatis. *Monticolae. Sylvestres. Melodae.* As. m. et. or. Oc. 5.

1. Columba ***oxyura***, *Reinw.* (semitorquata, *Swains.* - Sphenurus semitorquatus, *Sw.* - Sphenurus oxyurus, *Blyth.*). *Pl. col.* 240. - *Knip. Pig.* II. t. 30. - *Reich., Syst. Av. t.* 243. *f.* 1253. mas. *f.* 1252. faem. *ex Malasia, Java, Borneo. Olivaceo-viridis in capite et collo dilutior; fascia cervicali parum conspicua cyanescente: subtus flavo-viridis, ventre citrino; tectricibus caudae inferioribus flavis viridi marginatis, duabus mediis longissimis fllavo-cinnamomeis: alis subtus ex toto plumbeis; remigibus primariis nigris; secundariis externe fusco-griseis: rectricibus cinereis medio nigris; duabus mediis acuminatis viridibus, caeteras pollice superantibus, subtus ex toto argenteis.* Mas adult. *fascia angusta pectorali rufo-aurantia.*

2. Treron ***apicauda***, *Hodgs. Cat.* (Vinago sphenura, *Hodgs.* - Sphenura apicauda, *Blyth.*). *Journ. As. Soc.* XIV. *p.* 854. - *Ann. Nat. Hist.* 1846. *p.* 50. - *ex Montibus Himal. mer. or. Assam, Darjieling.* - *Similis* Sphaenotreroni oxyuri *sed bene distincta: alis bifasciatis ob margines albo-flavidos tectricum majorum. Viridis, subtus et caudam versus flavicans; pileo pectoreque* maris *rufescentibus: remigibus primariis nigricantibus: cauda rectricibus mediis basi flavicantibus valde elongatis, apicibus magis angustatis, cana, fascia mediana nigricante, in rectricibus mediis obsoleta.*

3. Vinago sphenura, *Vig.* 1831. (cantillans, *Blyth.* - aromatica *var. Lath.* - Sphenocercus cantillans, *Blyth. Cat. sp.* 1391. - Ptilinopus macrognathus et turturoides, *Hodgs.* - Treron sphenura, *Gr.*). *Proc. Zool. Soc.* 1831. *p.* 173. - *Gould, Cent. Him. B. t.* 57. - *Reich., Syst. Av. t.* 243. *f.* 1355. *ex Mont. Him. Nepal. Darjieling. Obscure viridis; subtus cum capite colloque sulphureo-virescens: sincipite pectoreque subaurantiis; abdomine albicante; cervice plumbea; humeris latissime et intense castaneis; interscapilio vix et rectricte: scapularibus, tectricibus alarum, remigibusque tertiariis viridibus; tectricibus majoribus tantum flavido-limbatis; tectricibus caudae inferioribus elongatis flavo-cinnamomeis; lateralibus flavo-albis viridi-*

centratis; cauda viridi, rectricibus lateralibus fuscescentibus, omnibus subtus ex toto argenteo-cinereis.

Faemina *pileo concolore; pectore minime aurantio; fascia caudali subterminali rectricum lateralium magis explicata; tectricibus caudae inferioribus omnibus albidis viridi-maculatis.*

Treron cantillans, *Blyth, ex Montibus occ. vix differt colore griseo, viridi tantum, praecipue subtus, tincto; fronte gulaque albidis; pileo pectoreque pallide castaneis; pallio castaneo intensiore; tectricibus alarum majoribus albo-flavido limbatis.*

Quid Sphen. phasianellus, *Mus. Berol. ex Mont. Himal?*

4. Columba sphenura, *Temm.* (**korthalsi**, *Mull.* - Sphenocercus korthalsi, *Bp. Mus. Lugdun.*) *Knip., Pig.* II. *t.* 49. *ex Malasia, Sumatra. Viridi-olivacea sub-purpureo micans; subtus et in capite ex flavicante viridis: nucha obscuriore; cervice grisescente; abdomine luteo, fascia pectorali rufo-aurantia; plumis tibiarum tectricibusque caudae inferioribus viridibus, flavo-marginatis; lateribus cinereo-olivaceis; tectricibus alarum minoribus purpureo-castaneis; remigibus nigricantibus, apice dilutiore; secundariis externe flavido-limbatis: alis subtus ardesiacis: rectricibus lateralibus fascia subterminali nigra, in mediis elongatis obsoleta: rostro fusco-viridi, apice flavido; pedibus rubris.*

Faemina, saltem juvenis, *fascia pectorali aurantia destituta.*

5. Columba **sieboldi**, *Temm.* (Treron sieboldi, *Gr.* - Sphenocercus sieboldi, *Bp.*). *Pl. col.* 549. - *Faun. Japon. Av. t.* 60. d. mas et faem. - *Knip., Pig.* II. *t.* 10. - *Reich., Syst. Av. t.* 243. *f.* 1354. *et t.* 245. *f.* 2591. 2592. *ex Japan. Viridi-olivacea albo-varia; subtus dilute viridis, caudam versus sensim albicans; sincipite flavo sub-rufescente; nucha viridi-cinerascente; gula flava, pectore flavo-cinerascente: tectricibus alarum minoribus et mediis vivide castaneis; majoribus nigro-virentibus flavo-marginatis; remigibus nigris vix flavo-limbatis: tectricibus caudae inferioribus valde elongatis, flavidis, viridi late centratis; rectricibus lateralibus fusco-cinereis.*

10. **Butreron**, Bp. (Toria *part. Hodgs.* - Treron *part. Gr.*) Rostrum fere vulturinum, elongatum, fere omnino corneum: orbitae nudae: alae elongatae, amplae; remigum tertia interne subemarginata: cauda rotundata. Asia m. Oc. Malasia. 1.

Columba **capellii**, *Temm.* (Vinago gigantea *part. Raffles.* - Vin. capelli, *Cuv.* - Treron magnirostris, *Strikl.* 1844. - Treron capellii, *Blyth.* - Butreron

capellii, *Bp.*). *Pl. col.* 143. - *Knip.*, *Pig.* II. *t.* 38. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 243. *f.* 1350-1351. *ex Sumatra, Java, Peninsula Malaccenc. Intense viridis; subtus et in capite cerviceque dilute viridi-subcinerascens; sincipite griseo; pectore latissime fulvo-aurantio; tectricibus caudae inferioribus obscure castaneis: tectricibus alarum mediis et majoribus scapularibusque fusco-ardesiacis, limbo externo aureo-flavo: rectricibus mediis longioribus flavo-viridibus, lateralibus cinereis, medium versus nigris, apice albo-griseis: rostro flavo-virente; pedibus rubris.*

Faemina *magis in cinereum vergens; scuto pectorali obliterato.*

11. **Treron,** Vieill. 1816. (Vinago *part. Cuv.* - Toria, *Hodgs.* 1836. *hinc* Romeris! 1844.). - Rostrum validum, altum, fere a basi corneum: orbitae nudae: remigum tertia margine integro: cauda vix rotundata. As. m. Oc. 4.

1. Columba ***psittacea,*** *Temm.* (psittacina, *Wagl.* - Vinago psittacea, *Cuv.*) *Knip. Pig.* I. *Colombars t.* 4. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 240. b. *f.* 3368. *ex Java, Timor. Minor: cinereo-viridis, in tergo uropygioque flavo-olivacea; subtus flavido-viridis; tectricibus caudae inferioribus tibiisque albo viridique variis: tectricibus alarum flavo-marginatis remigibusque nigris: rectricibus mediis flavo-viridibus, lateralibus nigris, apice latissime albis.*

2. Columba ***curvirostra,*** *Gm.* (Treron aromatica, *Aliquorum, nec Gmel.* - Treron curvirostra, *Bp.*). *Lath. Gen. Syn.* IV. *p.* 632. *t.* 59. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 241. *f.* 1337. *ex Malasia. Viridi-olivacea; humeris fuscis vix virescentibus; subtus flavicans; crisso albo; tectricibus caudae inferioribus castaneis obscurioribus: tectricibus alarum flavo-marginatis: rectricibus viridibus, lateralibus fascia subterminali nigricante: rostro vivide flavo, lateribus virescentibus.*

3. Columba ***aromatica,*** *Gm.* (Toria aromatica, *Blyth, excl. Synon.* - Treron griseicauda, *Gr. Mus. Brit.* 1854). *Knip. Pig.* I. *Colombars t.* 5. *ex Ins. Java, Borneo. Flavo-viridis; pileo genisque plumbeis; sincipite albicante; interscapilio tectricibusque alarum late purpureo-castaneis; pectore fulvido; ventre viridi, plumis apice albis; tectricibus caudae inferioribus cinnamomeo-castaneis: alis nigris, tectricibus majoribus remigibusque, secundariis flavo-marginatis; remigum tertia margine integro; scapularibus viridi-fuscis: cauda, rectricibus mediis flavo-viridibus; lateralibus omnibus griseis; subtus nigra apice cana: rostro flavissimo, basi hinc inde virescente, ceromate cyanescente. Long.* 10.*poll. Alar.* 5.

Faem. *pallio viridi concolore nec castaneo: tectricibus caudae inferioribus albo-cinnamomeis, viridi fasciatis.*

4. ***Toria nepalensis***, *Hodgs.* (Treron aromatica *var. hinc* Tr. nepalensis, *Blyth.*). *As. Research.* XIX. *p.* 164. - *Journ. As. Soc.* XIV. *p.* 847. mas. Fig. nulla *ex Asia m. Nepal, Assam, Arakan, Tenasserim, Pen. Malacc., Bengal. Viridis, subtus et in tergo flavicans; pallio restricte ex purpureo atro-castaneo; pileo plumbeo; pectore subflavescente; tectricibus caudae inferioribus rufo-cinnamoneis: remigibus et tectricibus alarum majoribus flavo-marginatis, nigris: remigum tertia sinuata; scapularibus viridibus: cauda viridi, rectricibus lateralibus omnibus fascia mediana nigra apiceque latissime griseo: rostro albo-virente, macula utrinque ad basin, pedibusque rubris.*
Faem. *pallio subconcolore: tectricibus caudae inferioribus albicantibus viridi variegatis.*

12. **Crocopus**, Bp. 1854. (Treron *part. Gr.*). Rostrum modice robustum, a medio corneum: orbitae plumosae: remiges acutissimae; secunda longissima; tertia margine interno sinuata: cauda aequalis: pedes crocei! As. m. or. 3.

1. Columba ***phoenicoptera***, *Lath.* (sanctithomae? *Gm.* - militaris, *Temm.* - hardwicki, *J. Gr.* - Vinago militaris, *Gould.* - Treron sanctithomae, *Gr.* - Treron phaenicoptera, *Blyth.* - Crocopus phaenicopterus, *Bp.*). *Knip., Pig.* II. *t.* 1. - *Griff., Anim. Kingd.* VIII. *f. in p.* 299. - *Gould, Cent. Himal. B. t.* 18. - *Reich., Syst. Av. t.* 242. *f.* 1349. mas adult. sub nomine T. nudirostris! *ex India sept. et centr. Bengal, Assam, Nepal, China. Major: pileo, collari cervicali, abdomineque griseis; fronte sub-virescente; cervice, gutture, pectoreque flavo-viridibus, subfulvescentibus; ventre cinereo viridique vario; tectricibus caudae inferioribus castaneis, apice albis; tibiis et plumis abdominalibus mediis flavissimis: humeris lilacinis; tectricibus alarum superioribus luteo-marginatis: cauda cinerea, subtus albicante; ante medium, supra viridi, subtus nigricante.*

2. Treron ***viridifrons***, *Blyth.* (Crocopus viridifrons, *Bp.*). *Journ. As. Soc.* XIV. *p.* 849. - *Ann. Nat. Hist.* 1846. *p.* 45. - *Reich., Syst. Av. t.* 242. *f.* 1344? *ex Tenasserim, Mergui. Sincipite gulaque vivide viridibus, concoloribus; pectore subfulvescente: cauda tectricibus superioribus apiceque rectricum griseis, in medio abrupte et lacte viridi, fasciam simulante.*

3. ***Tr. chlorogaster,*** *Blyth,* 1843. (jerdoni, *Strickl.* 1844. - Vinago phoenicoptera *vel* militaris *ex India mer., Auctorum.* - Crocopus chlorogaster, *Bp.*) *Journ. As. Soc. Bengal.* XII. *p.* 167. *et* XIV. *p.* 850. - *Knip., Pig.* I. *Colombars, t.* 2. *ex specimine Mus. Paris! teste Temm.* - *Reich., Syst. Av. t.* 242. *f.* 1343. *ex India m. Bengal, Ceylan. Similis* phoenicopterae; *sed minor: pileo ex toto cum plumis auricularibus cinereis, fronte minime virescente; collare cervicali griseo latiore; subtus omnino viridis: humeris latius violaceis: cauda cinerea, basi tantum viridi.*

*13. **Osmotreron,** Bp. (Treron *part Gr.*).-Rostrum modicum, ultra medium corneum: orbitae plumosae: remigum tertia interne emarginata: cauda truncata: pedes rubri. As. m. Oc. 9.

1. Columba vernans, *Temm. nec Gm.* (Vinago ***bicincta,*** mas et unicolor, faem., *Jerdon.* - vernans *var.* Less. - Treron bicincta, *Blyth.* - multicolor, *Reich.*). *Knip., Pig.* I. *Colombars, t.* 10. 11. - *Illustr. Ind. Orn. t.* 21. - *Reich. Syst. Av. t.* 266. *f.* 2874. mas adult. *t.* 241. *f.* 1342. *ex India univers. Ceylan, Nepal, Assam, Aracan, Tenasserim;* vix in *Bengal. Viridis: tectricibus caudae superioribus rufo-olivaceis; subtus cum fronte et gula viridi-flavescens, in ventre flavida: occipite cerviceque plumbeis: tectricibus alarum majoribus et exterioribus flavo-marginatis; alis subtus fusco-plumbeis: cauda cinerea, rectricibus fascia media nigricante; subtus nigricante, apice argenteo: rostro viridi-glauco.*

Mas adultus *fascia pectorali aurantia, alia superiore violaceo-lilacina: tectricibus caudae inferioribus cinnamomeis.*

Faemina *fasciis pectoralibus nullis; tectricibus caudae inferioribus luride cinnamomeis, albido viridique variis.*

2. Columba ***vernans,*** *Gm. nec Temm.* (viridis, *Scopoli.* - purpurea, *Gm. juv.* - C. viridis philippensis, *Briss.* - Vinago vernans, *Cuv.* - Treron viridis, *Blyth.*) *Pl. enl.* 138. - *Brown, Ill. t.* 18? *juv.* - *Briss. Orn.* I. *t.* 11. *f.* 2. - *Reich., Syst. Av. t.* 241. *f.* 1340. mas ad. 1341. faem. *ex Malasia; Java, Sumatra, Borneo; Insulis Philipp. Similis* praecedenti, *sed alis valde brevioribus* (5 pollic.)*: pileo gulaque plumbeis* nec viridibus; *fascia lilacina jugulari in colli lateribus cerviceque dilatata; pectore latissime fulvo-aurantio: cauda cinerea, fascia nigra terminali; rectricum apicibus extremis vix cinerascentibus.*

Flavo-viridis; pileo cano; genis gulaque albido-virentibus; cervice, colli lateribus, juguloque laete vinaceis; pec-

tore rufo-aurantiaco, abdomine viridi-flavo; ventre tibiisque ex parte flavis; tectricibus caudae superioribus olivaceo-testaceis; inferioribus praelongis castaneis: tectricibus alarum majoribus scapularibusque margine externo latissime flavo; inferioribus pennisque axillaribus plumbeis; remigibus nigris, primariis externe albido-limbatis; secundariis flavo-marginatis: rectricibus griseis basi virescentibus apice nigricantibus; subtus nigris apice albidis.

Faemina *pileo, jugulo, pectore, cerviceque viridibus concoloribus; tectricibus caudae inferioribus valde pallidioribus.*

Juv. *virescens; capite colloque dilute purpurascentibus; pectore aurantio; tectricibus caudae inferioribus rufo-castaneis; remigibus fuscis.*

3. ***Tr. axillaris***, *Gr. Mus. Brit.* 1854. Figura nulla, *ex Patria ignota. Similis quoad colorem* Tr. aromaticae, *sed valde major. Flavido-viridis, sincipite dilute griseo; dorso atro-castaneo, alarum margine anteriore et scapularibus remigibusque secundariis flavo-marginatis, nigris: lateribus plumbeis; crisso flavo viridique vario; tectricibus caudae inferioribus albis flavo-limbatis: cauda flavo-viridi, rectricibus lateralibus fascia nigra, apice et pogonio externo extimae, griseis; subtus nigra apice cana. Longit.* 10-*pollic. Alar.* 5.

Quid Columba viridis Amboinensis, *Br. Orn.* I. *p.* 146. *t.* 10. *f.* 2. - *Pl. enl.* 163: - *Reich. Syst. Av. t.* 241. *f.* 1336. *ex Amboina. Similis quoad colorem* Treroni aromaticae; *sed dorso tectricibusque alarum minoribus valde obscurioribus, fere nigricantibus, fascia alarum flava latissima?*

4. Vinago ***malabarica***, *Jerd.* (aromatica mas et affinis faem. *Jerd. Catal. sp.* 287 *et* 288.-Columba pompadora var. b. *Gm.?* - Treron aromatica ex Ind. mer. *Auctorum.* - Treron malabarica, *Blyth.*) *Illustr. Ind. Orn. in art.* 21 *Vinago bicinctæ.* - *Jardin. Nat. Libr. Columbae. t.* 1. - *Brown, Illustr. t.* 20. *ex India mer. occ. Malabar, ad pedes Montium Nilgherr. Assam, Arracan. Simillima quoad colorem, staturam et proportiones* Treroni nepalensi; *alis* 5¾ *poll. sed gula* faeminae etiam *flavidiore; fronte gulaque flavissimis; occipite griseo; pectore magis aurantio; tectricibus caudae inferioribus albis viride irroratis: pedibus carmineis,* nec coccineis.

Faemina *similis* faeminae Osmotr. bicinctae, *sed pileo cinereo, et cauda* clausa *ex toto viridi.*

5. Treron ***chloroptera***, *Blyth.* (Osmotreron chloroptera, *Bp.*). *Journ. As. Soc.* XIV. *p.* 852. - *Ann. Nat. Hist.* 1846. *p.* 48. *ex Ins. Nicobaricis. Si-*

millima praecedenti, *sed major, alis* 6½ *poll. fronte albidiore; pectore minus fulvo; alis antice magna ex parte viridibus*, nec castaneis.

6. Columba ***tannensis***, *Lath.* (xanthura *Forst. nec Cuv.*, - curvirostra var. *β. Gm.* - aromatica var. c. *Temm.* - vernans, p. *Wagl.* - curvirostra faem. *Blyth.* - Treron tannensis, *Gr.*) *Icon. ined. t.* 138. - *Wagl. in Isis*, 1829. *p.* 739. *ex Ins. Tanna. Laete viridis; capite, remigum secundariarum apicibus, crissoque flavis; tectricibus caudae inferioribus interne macula viridi: tectricibus alarum minoribus humeris proximioribus albo-guttatis: cauda rotundata; rectricibus utrinque* 1. *et* 2. *fascia pallide virente subterminali; subtus cinereis: rostro plumbeo; pedibus sordide rubris.*

7. Columba ***fulvicollis***, *Wagl.* (cinnamomea, *Temm. nec Sw.* - ferruginea, *Reinhart.* - aromatica var. *δ. Temm.* - Treron tenuirostris, *Eyton.* - Tr. fulvicollis, *Gr.*) *Isis.* 1829. *p.* 738. - *Forster, Icon. ined. t.* 142. - *Licht. Descr. Anim. Forst. sp.* 214. - *Knip, Pig.* I *Colombars t.* 6. - *Reich., Syst. Av. t.* 240. b. *f.* 2369. *ex Ins. Philipp. Tanna, Borneo. Castaneo-purpurea; capite colloque magis castaneis; pectore sensim fulvo-ferrugineo; tergo viridi-ardesiaco; abdomine cinereo-viridi; crisso tibiisque flavis viridi variegatis; tectricibus caudae inferioribus cinnamomeis; lateribus cum alis subtus omnino plumbeis; alis supra nigris; remigibus secundariis tectricibusque margine exteriore flavissimis: tectricibus caudae superioribus cum rectricibus mediis viridibus; rectricibus lateralibus fusco-griseis, fascia subterminali nigra, apiceque griseis.*

8. Columba ***pompadora***, *Gm.* (aromatica, var. *b. Temm.* - Treron pompadora, *Gr.*) *Brown, Illustr. t.* 19. *nec* 20. - *Mus. Paris. n°.* 177, faem. *a Courjon* 1848. *ex India. cont. Ceylan.* - *Similis* Treroni aromaticae *sed minima: et pallio viridi*, nec castaneo, *ad* Osm. olacem *accedens.*

Mas *Virescens; genis mentoque flavescentibus; tectricibus alarum purpureo-castaneis; majoribus margine flavo, remigibusque nigris: cauda longicula.*

Faem. *Viridi-olivacea in dorso vix obscurior, pileo griseo; subtus cum genis pallide virens, tectricibus caudae inferioribus albidis macula tantum viridi-centrali: alis elongatis, subtus plumbeis; humeris et tectricibus alarum minoribus dorso concoloribus; remigibus nigris flavido vix externe limbatis; tertiariis et tectricibus majoribus nigris, margine externo late flavissimo; mediis viridibus flavo-marginatis: rectricibus lateralibus cinereis, fascia ultra medium nigra.*

9. Columba ***olax***, *Temm.* (Vinago olax, *Cuv.* - Treron olax, *Gr.*) *Pl. col.* 241. mas. - *Knip, Pig.* II. *t.* 12. - *Reich., Syst. Av. t.* 241. *f.* 1338, 1339. - *Mus. Paris. a Montigny.* 1848. *ex Java nec China. Malasia. Minima: castaneo-violacea; subtus flavo-viridis: capite, in gula albicante, collo, et interscapilio plumbeis; pectore aurantiaco; crisso, tibiis, caudaeque tectricibus inferioribus cinnamomeis; tergo, uropygio, alis, caudaque nigris: tectricibus alarum et remigibus secundariis externe albo-flavo limbatis: rectricibus lateralibus apice cinereis.*

Faemina *plumbeo-olivacea; subtus flavo-viridis, in ventre magis flavicans, in tectricibus caudae inferioribus longissimis pallide cinnamomea: alis subtus ardesiacis: cauda fulvo-plumbea, apicem versus nigricante; rectricibus mediis ad basim olivascentibus.*

Quid Columba eimensis, *Gm.* (Treron eimensis, Gr.)?
Quid Columba asiatica, *Lath.* (Treron asiatica, Gr.)?

SUBFAMILIA 190. *PTILOPODINAE.*

Rostrum gracile: pedes brevissimi valde plumosi; digitis elongatis, pollice bene explicato: cauda brevis rectricibus 12. 14. 16; plumae molles opacae: colores virides, saepius purpureo ornati: minores.

A. Ptilopodeae. Prima remigum apice abrupte subulato.

*14. **Leucotreron**, Bp. (Ptilopus, part. *Gr.*). Rostrum brevissimum: pedes brevissimi crassi; digitis dilatatis, unguibus validis: alae modicae, remigum prima brevi, apice lesiniformi elongato: remigum 3ª et 4ª omnium longissimae, 5ª. 6ª. 7ª. apice dilatatis sublobatis: cauda elongata aequalis, rectricibus 12: color albus prevalens, purpureus abest. Oc. 2.

1. Columba ***cincta***, *Temm.* - (Ptilinopus cinctus, *Gr.* - Leucotreron cincta, *Bp.*) *Knip, Pig.* I. *t.* 23. - *Reich., Syst. Av. t.* 238. *f.* 1328, 1329. *ex Ins. Timor. Nigra; subtus flavo-olivascens: capite, collo undique latissime, pectoreque albis; annulo fasciali abdominale nigro; tectricibus caudae inferioribus flavis, interne cinereis: remigibus rectricibusque apice pallescente, subtus griseo-argenteis: rostro apice pedibusque flavis.*

2. Columba ***gularis***, *Quoy et Gaim. nec Wagl.* (Carpophaga! gularis, *Gr.* - Ptilopus gularis, *Bp. in litteris.* - Leucotreron gularis, *Bp.* 1854). *Voy. As-*

trolab. t. 29. faem. - *Knip, Pig.* II. *t.* 11. - *Reich., Syst. Av. t.* 233. *f.* 1297. *ex Ins. Celeb. Mus. Paris.* a Leclanchero 1844. Expedit. Favorit. *Viridis; subtus griseo-virescens: capite juguloque canis, in nucha subvirescente; mento nigerrimo; tectricibus caudae inferioribus crissoque castaneis: alis subtus nigricantibus; tectricibus alarum inferioribus, pennisque axillaribus viridibus; remigibus interne nigricantibus, margine exteriore apicali flavo; prima ex toto nigra: rectricibus apice luride flavidis, subtus cinereis, apice argenteo: rostro gracili, flavo; pedibus rubris, valde plumosis.*

*15. **Thouarsitreron**, Bp. (Ptilinopus, *part. Gr.*). Rostrum breve, robustum: pedes magni, fortes, digitis elongatis: alae elongatae, remigibus omnibus castigatis, acutis; prima longicula, apice subulato, sed non abrupte; 3. 4. et 5. omnium longissimis: cauda longula truncato-emarginata, rectricibus 16: plumae pectorales rigidulae, profunde bifurcatae: colores haud purpurei; pileo plus minus albo. Ocean. 2.

Genus *Praefecto classis* DUPETIT THOUARSIO *dicatum, cujus strenuae virtuti, ad honorem gladium patria obtulit.*

1. COLUMBA DUPETIT THOUARSII *Nèboux.* (C. kurukuru purpurocephala, *Hombron. et Jacquin.* - Ptilinopus emiliae, *Less.* - purpureo-leucocephalus, *Hombr. et Jacq.* - dupetit thouarsii, *Pucheran.* - *Gr.* 1854. - leucocephalus et purpureo-leuocephalus, *Grey.* - Kurukuru dupetit thouarsii, *O. des Murs.*-Thouarsitreron leucophala, *Bp.*). Voyage au Pole sud, t. 29. f. 1. nec Voy. Venus t. 7, *quae Kurutreron oope.* - *Reich., Syst. Av. t.* 240. *f.* 2587. *ex Ins. Marchion. Christina. Dilute viridis; pileo linea flavo-aurantiaca cincto, et macula hinc inde mandibulari albis; cervice et colli lateribus griseo-flavidis; gula flaveola; jugulo cinereo-virente; abdomine medio roseo-aurantiaco, ventre crissoque flavissimis: alis subtus plumbeo-griseis, remigibus aeneo-coracinis, secundariis flavo-marginatis; tectricibus et scapularibus apicem versus ocello coeruleo: cauda sub-emarginata viridi, apice latissime pallide flava.*

JUV. *pileo fere concolore: cauda magis emarginata.*

2. COLUMBA ***diademata***, *Temm.* in textu, kurukuru faem. in tab. (xanthogaster, *Wagl.* - Ptilinopus purpuratus, *Stephens.* - flavigaster, *Sw.* - Ptilopus xanthogaster, *Gr.* - Kurukuru xanthogaster, *O. des*

Murs. - Thouarsitreron diademata, *Bp.*). *Pl. col.* 254. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 238. *f.* 1326. 1327. *ex Ins. Banda, Celebens. Laete viridis; sincipite lacteo, linea flavida postice dilatata circumscripto; superciliis, gula, abdomine, crissoque flavissimis; lateribus tibiisque viridi-variis; genis, jugulo, pectoreque flavidis: tectricibus alarum majoribus, remigibus secundariis, scapularibusque caerulescentibus, flavo externe marginatis; primariis albido-limbatis: cauda subaequali, dorso concolore (fusco-viridi), fasciola apicali dilutiore subcinerascente: rostro apice flavido, pedibusque nigricantibus.*

16. **Ramphiculus**, Bp. (Ptilinopus part. *Gr.*). Rostrum minimum: pedes robusti! alae elongatae; remigum prima longior quam quinta, apice lesiniformi brevi; tertia omnium longissima: cauda longula aequalis; colores infra supraque virides; capite plus minus rubro. As. mer. Oc. 2.

1. Ptilinopus ***occipitalis***, *Gr. et Mitch.* (Ramphiculus occipitalis, *Bp.*) *Gen. B.* II. *p.* 467. *t.* 118. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 239. *f.* 1331. *ex Ins. Philippinis. Major: viridis; sincipite expanse collique lateribus griseo-canis; nucha, genis, abdomineque medio violaceis; gula albo-flavicante; scuto pectorali viridi-aurantio: ventre cano-albicante, femoribus, lateribus, tectricibusque caudalibus latissime albo-marginatis, viridibus; remigibus cyano-nigris flavo-limbatis; subtus coeruleo-plumbeis: rectricibus viridibus lateralibus extus nigricantibus, apice pallidis; omnibus subtus canis, apice argenteis.*

2. Columba ***jambu***, *Gm.* (jamboo, *Lath.* - Ptilinopus jambu, *Sw.* - Treron jamboo, *Reich.* - Ramphiculus jambu, *Bp.*) *Knip, Pig.* I. *t.* 27 mas. *t.* 28 faem. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 239. *f.* 1334-35. *et t.* 244. *f.* 3488-89. faem. *ex Sumatra, Penins. Malacca, Borneo. Minor; viridis, subtus albida: pileo, genisque scarlatino-amethystinis; gula nigra, scuto pectorali magno roseo: tectricibus caudae inferioribus castaneis: rectricibus lateralibus extus nigricantibus, apice albidis; subtus latissime a basi nigris.*

Faemina, *pileo, genisque violaceis; mento fusco-violaceo; pectore late viridi: tectricibus caudae inferioribus pallide cinnamomeis.*

17. **Lamprotreron**, Bp. (Ptilonopus, *part. Gr.*). Rostrum modicum: pedes debiles ad digitos usque vestiti plumis piliformibus: alae elongatae amplae, acu-

tac; remigum prima sextam subaequante apice statim angustata; 2ª et 3ª omnium longissimae: cauda elongata vix rotundata; tectricibus praelongis: plumae pectoris bifidis holosericeis: colores virides in capite plus minus late purpurei. Oc. 3.

1. Columba ***superba***, *Temm.* (Ptilinopus superbus, *Gr.* - Kurukuru superbus *ex Auct. et* K. temmincki *ex specimine* faem., *O. des Murs.* - Lamprotreron superba, *Bp.*). *Knip*, *Pig.* I. *t.* 33. mas. - *Id.* II. *t.* 42. faem. aut juv. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 236. b. *f.* 3366. *t.* 236. *f.* 1316, 1317. *ex Australia s. an Ins. Celebens?* nec Mollucc. minime Otahiti. *Flavo-viridis; pileo purpureo-violaceo; genis nuchaque prasinis; cervice et pectoris lateribus aurantio-rufis; humeris, fascia abdominali, maculisque alarum coracino-violaceis; gula albido-virente; pectore cano-coerulescente violaceo vario; abdomine crissoque albis; tectricibus caudae inferioribus pogonio interno, lateribusque omnino viridibus: rectricibus viridibus, in medio nigricantibus, apice albidis.*

Faem. aut Juv. *Cervice, jugulo, pectore, humerisque subconcoloribus: tectricibus alarum mediis, et majoribus, remigibusque flavo limbatis; fascia abdominali nulla; rectricibus apice griseis.*

2. Columba ***porphyrea***, *Reinw. nec Wagl.* (roseicollis, *Wagl.* - Ptilinopus erythrocephalus, *Sw.* - Pt. roseicollis, *Gr.* - Kurukuru roseicollis, *O. des Murs.* - Lamprotreron porphyrea, *Bp.*). *Pl. col.* 106 mas adult. - *Knip*, *Pig.* II. *t.* 4. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 237. *f.* 1322, 1323. *ex Mollucis, Philipp.? Java et Sumatra. Flavo-viridis, in alis caudaque magis virescens; capite, cervice, pectoreque roseo-coccineis; furculis plumarum pectoralium praelongis; fasica abdominali alba atro-viridi postice marginata; abdomine cinereo flavo-vario; crisso flavo; tectricibus caudae inferioribus flavis viridi-centratis: rectricibus lateralibus in medio late nigricantibus, apice sordide griseo, subtus argentea.*

3. Columba ***holosericea***, *Temm.* (Ptilinopus holosericeus, *Gr.*) *Knip*, *Pig.* I. *t.* 32. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 236. b. *f.* 3365. *ex Ins. Pacifici*, nec Sandwich? - *Viridis, praecipue in alis, holosericea: gula, lunulaque pectorali nigro late marginata, albis; abdomine, crisso, tectricibusque caudae inferioribus longissimis, flavissimis; tibiis albidis: alis griseo-argenteo bifasciatis, ob tectrices majores virides in medio cinereas; remigibus

falcatis apice bifidis, lobo externo recurvo acutissimo, nigricantibus, pogonio externo virescente, in primariis griseo-argenteo marginato: rectricibus viridibus subtus cinereis, macula fasciali subterminali obscuriore.

18. **Ptilopus**, Sw. 1825. (*errore* Ptilonopus! *pejus* Ptilinopus!! *pessime* Ptinilopus!!! - Kurukuru, *O. des Murs*). Rostrum modicum: pedes parvi: alae breves, rotundatae; remigum prima brevis, apice statim subulato, praelongo; sexta longior quam prima; tertia omnium longissima: cauda brevis rotundata: plumae pectoris bifidae, rigidulae: colores virides et purpurei, pileo roseo-violaceo. *Juvenes* pileo concolore: remigibus margine apicali albo; prima apice angusto, sed non subulato: plumis omnibus flavo-lunulatis. Ocean. 12.

1. Columba ***purpurata***, *Wagl. ex Gm.* (porphyracea *part. Forst.* - Ptilonopus purpuratus? *Sw.* - Ptilinopus fasciatus? *Peale.* - Ptilopus purpuratus, *Bp.*) *Isis* 1829. *p.* 742. *exclusis synonym.* - *Mus. Paris. ab Astrolab.* 1829. *ex Ins. Vanikoro.* - *Minuscula; laete viridis; subtus cinereo-virens; gula flavicante; sincipite linea flava terminato, fasciaque abdominali latissima, purpureo-violaceis; nucha cerviceque latissime viridi-cinerascentibus; crisso cinnamomeo-aurantiaco; tectricibus caudae inferioribus apice roseo-violaceis: remigibus primariis nigris; tertiariis apice griseo-coeruleis: cauda brevi, vix rotundata, viridi, fascia subapicali albo-grisea; rectricibus lateralibus, extimis exceptis, limbo externo flavido.*

Quid Columba purpurata, *Temm.* et *Wagl. Syst. Av.* 1827. adult. nec juv. - *Knip, Pig.* I. *t.* 34. - *Reich., Syst. Av. t.* 235. *f.* 1305?

2. Columba purpurata, *Jard. nec. Lath.* (porphyracea, *part. Temm.* - Ptilonopus purpuratus var. regina, *Sw.* - Ptilinopus ***swainsoni***, *Gould*, 1842. - Pt. fasciatus, *part. Peale.* - Kurukuru swainsoni, *O. des Murs*). *Jard. et Selb. Ill. Orn.* II. *t.* 70. - *Gould, Austral.* V. *t.* 55. - *Reich., Syst. Av. t.* 235. *f.* 1309-1310. *ex Australia m. or. Laete viridis, in occipite genisque griseo-cyanescens; sincipite vivide roseo-purpureo, linea flava postice cincto: subtus aurantiaca; gula lorisque stramineis; macula abdominali media roseo-violacea; pectore latissime viridi, plumarum bifurcationibus abrupte argenteis; tibiarum plumis viridibus, flavo terminatis: alis longiculis; tectricibus scapularibusque viridibus centro coeruleis, margine flavis: cauda viridi apice late flavissima.*

3. Ptilinopus purpuratus var. regina *Less. nec Sw.* (***ewingi***, *Gould.* 1842. roseicapillus! *part. O. des Murs.* - Ptilopus ewingi, *Bp.*) - *Gould, Austr.* v. *t.* 56. - *Reich., Syst. Av. t.* 235. *f.* 1307. 1308. *ex Australia. Sincipite roseo-violaceo, linea flava circumscripto; collo pectoreque cinereo-virescentibus, plumarum furculis abrupte albicantibus; gula, fasciaque pectorali sulphureis; abdomine tectricibusque caudae inferioribus aurantiacis, macula media roseo-violacea; crisso flavissimo: alis rotundatis; remigibus tertiariis ocello cyaneo flavo-marginato terminatis: cauda viridi, rectricibus lateralibus fascia apicali flavescente.*

4. Columba purpurata *Less. nec Auct.* (Ptilinopus ***flavicollis***, *Gr.* 1854). *Reich., Syst. Av. t.* 245. b. *f.* 3527. 3528. *juv. Mus. Brit. et Paris. a Maugeo ann.* XII. *Reipubl. ex Timor. - Similis* praecedenti; *sed paulo minor et rostro valde tenuiore. Dilute viridis, alis cyaneo-ocellatis, remigibus tertiariis flavo-marginatis: sincipite roseo-purpureo, flavo-circumscripto; genis collique lateribus albo-flavidis; gula flavissima; jugulo flavo; pectore flavo virente cinereo vario; fascia infra pectorali sulphurea; abdomine medio roseo-vinaceo, postice aurantiaco; crisso flavissimo, hinc inde laete viridi; tectricibus caudae inferioribus flavo-aurantiis: cauda cyaneo-viridi, fascia apicali lata flavida; subtus argentea, apice fasciali et rachidibus albis.*

Mas senescens *nuptiarum tempore* a Quoy et Gaim. Exped. Freycineti. December 1820. *Minor: coloribus valde intensioribus et vividioribus; remigibus rectricibusque cupreo-auratis.*

5. Columba purpurata varietas, *Temm.* (*hinc* porphyracea, *Temm. in Trans. Linn. Soc.* XIII. *p.* 130. *inde* ***viridissima***, *Pl. col.* - porphyrea, *Wagl. Syst. Av.* 1827. *errore ex Forst. nec Temm.* - forsteri, *Desmar. in Dict. Sc. Nat.* XL. *p.* 340. - Ptilinopus porphyraceus, *Gr.* - Pt. porphyreus, *Reich.* - Kurukuru purpuratus! *O. des Murs.* - Ptilopus viridissimus *Bp.*). *Knip, Pig.* I. *t.* 35. *nec* 34. - *Reich., Syst. Av. t.* 256. b. *f.* 3367. *nec t.* 345. *b. f.* 3327.-28. *quae Kurutreron.* - *Mus. Paris. a Maugeo Exped. Baudini anno* XI. *Reipubl. ex Timor? - Simillima* Pt. porphyraceæ, *Bp.* ex Forst. *sed major, intensius viridis et cupreo-castaneo micans: tectricibus et remigibus minime flavo-marginatis; gula cervice pectoreque magis protracte, albidioribus; macula pectorali atro-violacea nulla.*

Viridissima immaculata; tectricibus, remigibusque margine flavo omnino destitutis, sed singulis apice et

externe aeneo-castaneis: sincipite purpureo-violaceo ultra oculos haud protracto, immarginato; mystacibus fuscis tantum adumbratis; gula alba; occipite, collo undique, pectore, abdomineque uniformiter cinereis; fascia ventrali fuscoviolacea; crissi plumis et tectricibus caudae inferioribus flavis, apice aurantio-rubellis: alis subtus coeruleo-griseis: tectricibus caudae superioribus cupreo-castaneis; rectricibus viridi-cupreis, subtus obscure-cinereis, fascia lata flavida apicali: rostro robusto nigricante: pedibus parum vestilis.

6. COLUMBA ***porphyracea***, *part. Forst.* (purpurea, *part. Lath.* - Ptilinopus purpuratus? *Sw.* - Pt. porphyreus? *hinc errore* viridissimus, *Gr.* - Ptilopus porphyraceus, *Bp.*). *Icon. Ined. t.* 141. - *Mus. Paris. ab Astrolabo. n*°. 200 mas. *ex Ins. Tongatabou, Viti, Balaou, nec Otahiti, nec Upa, quae* Kurutreron Oopa, *nec Timor quae* Pt. flavicollis, *nec Austr.* quae Pt. ewingi. - *Dilute viridis; subtus cinereo-viridis: sincipite paulo ultra oculos purpureo-violaceo, vix flavo-marginato; occipite late viridi-cano; gula albida; genis, colli lateribus, pectoreque latissime, albo-virescentibus; macula magna subpectorali ex-virescente atro-violacea; crisso flavissimo; tectricibus caudae inferioribus flavo sub-aurantiis; alis viridi obscuriore variis; remigibus primariis nigricantibus; secundariis apice interne subcupreis; tertiariis tantum extus flavo-limbatis; tectricibus alarum inferioribus coeruleo-griseis: cauda brevi; rectricibus intense viridibus, fascia sub-apicali griseo-flavida, subtus argentea, apice late albida: rostro robusto.*

Faem. *macula pectorali nulla.*

7. COLUMBA ***roseicapilla***, *Less.* (Kurukuru roseicapillus, *O. des Murs.* - Ptilinopus purpurei-cinctus, *Gr.*) *Traité Orn. p.* 472. - *Proc. Zool. Soc.* 1853. *p.* 48. *t.* 55. Fig. nulla. *ex Ins. Mariannis.* - *Viridis; sincipite purpureo-violaceo, linea flava antice albicante marginato: macula mandibulari hinc inde purpureo-violacea; gula albida; genis griseis, jugulo cinereo, plumarum bifurcatarum apicibus albis; pectore medio violaceo; abdomine aurantio postice flavo; lateribus olivaceis; crisso tectricibusque caudae inferioribus aurantiacis: remigibus secundariis tectricibusque alarum majoribus flavo-marginatis, tectricibus mediis scapularibusque ocello cyano-viridi centratis: cauda viridi subtus argentea, apice infra supraque albido; rectricibus flavo-limbatis.*

Juv. *obscurior, magis olivascens; gula fuscescente.*

Quid Ptilinopus roseicapillus, *Gray?*

8. KURUKURU ***mercieri***, *O. des Murs.* (Ptilopus mercieri, *Bp.*) *Flor. Prevost, Voy. Venus Orn. p.* 266. - *ex Nukaiva, Ins. March. Griseo-viridis, pileo ex toto immarginato maculaque hinc inde mandibulari dilatata purpureo violaceis; gula subflavicante, pectore cinereo-flavido; abdomine flavo olivascente; crisso et tectricibus caudae inferioribus flavis: alis elongatis; remigibus primariis ex toto nigris; secundariis atro-viridibus limbo externo flavido; tertiariis cyaneis, flavo-marginatis; cauda subrotundata, dimidio basali viridi, dimidio apicali flavo-cinerascente.*

9. PTILINOPUS ***clementinae***, *Hombr. et Jacq.* - (Kurukuru clementinae, *O. des Murs.*) *Voy au Pole sud t.* 29. *f.* 3. - *Reich., Syst. Av. t.* 240. *f.* 2588. *ex Ins. Viti. et Samoens. Viridis; pileo purpureo-violaceo, linea subaurantia inconspicua circumscripto; genis, gula, pectoreque flavido-canescentibus; cervice flavidiore; macula magna infra pectorali rufo-violacea; crisso flavo; tectricibus caudae inferioribus aurantiis: alis elongatis; remigibus cyaneo-nigricantibus; secundariis flavo-limbatis, tertiariis ocello coeruleo-violaceo subapicali: cauda viridi, subtus cinerea, apice vivide flavo.*

JUV. *minus flavescens; jugulo subcinerascente; macula pectorali rufo-castanea.*

10. COLUMBA SUPERBA faem. *Hombr. et Jacq.* 1841. (Colombe de Vincendon, *hinc* Ptilinopus ***mariae***, *Hombr. et J.* - Ptilinopus perousii, *Peale.* - fasciatus? *Gr. nec Peale.* - samoensis, *Verr.* - Kurukuru samoensis, *O. des Murs.* - Ptilopus mariae, *Pucheran.*) *Voy. au Pole sud, t.* 29. *f.* 2. faem. - *Reich., Syst. Av. t.* 240. *f.* 2586. *ex Ins. Viti, Balaou, Navigatorum, Samoa. Flavo-sub-olivascens; sincipite vix flavo-circumscripto, tectricibusque caudae inferioribus roseo-purpureis; nucha cerviceque albo-flavidis; fascia interscapulari in humeris protracta purpurea; subtus albo-flavescens, pectore roseo plumarum apicibus albis, postice cinnamomeo-aurantiaco, plumis roseo-fasciatis; remigibus coracinis, apice et margine externo aureo-viridibus; tertiariis apice viridibus; tectricibus flavo olivascente marginatis: rectricibus ex toto griseo-lacteis.*

11. COLUMBA ***pulchella***, *Temm.* (Ptilinopus pulchellus, *Gr.*) *Pl. col.* 564, mas. - *Knip, Pig.* II. *t.* 14. - *Reich., Syst. Av. t.* 236. *f.* 1311. - *Mus. Paris.* mas *ab exped. Zelée. ex Nova Guinea. Laete viridis, unicolor; sincipite vivide coccineo* minime violaceo *immarginato; macula ante-oculari gulaque al-*

bis, genis, jugulo, pectoreque canis; macula fasciali abdominis purpureo-violacea, antice albo-marginata, postice cum tectricibus caudae inferioribus aurantiacis; lateribus tectricibusque alarum inferioribus viridi cinereoque variis; ventre femoribusque flavissimis: remigibus primariis intus fuscis, prima et secunda ex toto nigricantibus, secundariis externe flavo-marginatis: cauda subaequali; rectricibus lateralibus apicem versus cyano-nigricantibus, omnibus subtus argenteo-cinereis: rostro minuto, flavo-virente; iridibus aurantiis; pedibus carmineis.

Juv. *viridis, plumis centro obscurioribus; subtus albido-flavida, fascia abdominali nulla; gula tectricibusque caudae inferioribus fere concoloribus; furculis plumarum viridium pectoris abrupte argenteis: tectricibus alarum et remigibus secundariis margine flavolatiore.*

12. ***Pt. apicalis***, *Bp.* Mus. Parisiens. *a Zelée. ex Ins. Samoa, Vavao. Viridi-herbacea; subtus griseo-viridis, lateribus subargenteis tamquam irroratis: abdomine secus medium rufo flavoque vario; ventre, crisso tectricibusque caudae inferioribus flavissimis: pileo porphyreo-violaceo: remigibus nigricantibus, apice albo; tertiariis flavo-limbatis: rectricibus viridibus apice flavis, subtus cinereo-argenteis, apice albidis.*

Juvenis: *pileo corpore concolore; plumis omnibus infra supraque lunula flavida plus minus lata marginatis: margine apicali remigum perconspicuo: fascia caudali terminali angusta, flavo-cinerea.*

19. **Cyanotreron**, Bp. Rostrum minutissimum: alae breves rotundatae; remigum prima longitudine secundariarum, apice lesiniforme, angustissimo, sed brevi, et in extremitate rotundato; 3ª. 4ª. et 5ª. omnium longissimae: cauda brevis, subrotundata. Oc. 2.

1. Columba superba, faem. *Temm. ex specimine Ternatense* (***cyano-virens,*** *Less.* - Ptilinopus leucogaster? *Sw.* - Pt. cyano-virens, *Selby.*) - *Voy. de la Coquille, t.* 42. *f.* 1. - *Knip, Pig.* II. *t.* 8. - *Selby, Nat. Libr.* V. *t.* 5. - *Reich., Syst. Av. t.* 238. *f.* 1324. *ex Nova Guinea. Prasino-viridis, in pectore dilutior, in gula abdomineque anteriore cinerascens; occipite maculisque in medio tectricum alarum cyaneis; abdomine albo, caudam versus flavicante; crissi lateribus, tibiisque viridibus; tectricibus caudae inferioribus luteis viridi-notatis: tectricibus majoribus remigibusque secundariis flavido-limbatis; remigibus nigricantibus: cauda brevissima, rectrice extima utrinque fusco-olivacea flavo-marginata, omnibus subtus fuscis, apice argenteis: rostro nigricanto; pedibus flavo-aurantiis.*

2. Columba **monacha,** *Reinw.* (Ptilinopus monachus, *Gr.*). *Pl. col.* 253. - *Knip, Pig.* ii. *t.* 53. - *Reich., Syst. Av. t.* 236. *f.* 1314. 1315. *ex Ins. Celebes. Viridissima; sincipite linea flava circumscripto, maculaque pectorali coeruleis; gula, ventre, tectricibusque caudalibus inferioribus flavis: alis subtus coeruleo-cinereis, tectricibus inferioribus virescentibus flavo-undulatis: rectricibus lateralibus macula sub-apicali nigro-cyanea, omnibus subtus cinereo-argenteis.*

B. Chrysaeneae. Remigibus conformibus, prima apice haud subulato.

*20. **Jotreron,** Bp. (Ptilonopus, *part. Gr.*). Rostrum brevissimum, parvum, incurvum: pedes breves, digitis elongatis: alae elongatae subacutae; remigum prima quintam aequante; tertia et quarta omnium longissimae; tertiariis brevissimis: cauda brevis, subaequalis: plumae pectoris molles, rotundatae: colores infra supraque viridissimi; pileo minime aut vix purpurascente. Ocean. 5.

1. Columba **viridis,** *L. nec Scopoli.* (Turtur viridis amboinensis, *Briss.* - Ptilinopus viridis, *Gr.* - Jotreron viridis, *Bp.*) *Pl. enl.* 142. mas. - *Briss. Orn.* i. *t.* 15. *f.* 2. - *Mag. Zool.* 1836. *t.* 76. - *Knip, Pig.* ii. *t.* 17. - *Reich., Syst. Av. t.* 237. *f.* 1320, 1321. *ex Ins. Amboina. Viridis, in alis caudaque fere smaragdina; facie grisea; jugulo pectoreque purpureo-violaceis; tectricibus caudae inferioribus flavidis viridi-centratis: tectricibus alarum minoribus fascia humerali albo-grisea; majoribus, remigibusque secundariis extus flavo-marginatis; tertiariis et tectricibus corpori proximioribus maculis coeruleo-lacteis; rectricibus* 14 *macula apicali cinerea, intus albo, externe flavo-marginatis: cauda subtus nigricante, apice albida: rostro, pedibusque flavidis.*

2. Columba **melanocephala,** *Gm.* (Ptilinopus melanocephalus, *Sw.* - Jotreron melanocephala, *Bp.*) *Pl. enl.* 214. mas. - *Forster, Icon. ined. t.* 7. - *Knip, Pig.* i. *t.* 30. - *Reich., Syst. Av. t.* 237. *f.* 1318. 1319. *ex Java. Subfusco-viridis: sincipite genisque protracte griseis: nucha cerviceque nigris: gula crissoque late flavis; tectricibus caudae inferioribus sanguineis, mediis flavis: alis immaculatis; cauda longicula, rectricibus* 16, *subtus cinereo-argenteis, apice albidis: rostro nigerrimo.*

Faemina *ex toto viridissima; crisso flavicante: tectricibus caudae inferioribus apice sanguineis.*

3. Columba ***rivoli***, *Flor. Prevost.* (Ptilonopus strophium, *Gould.* - Ptilinopus rivoli, *Gr.* adult. - Jotreron rivolii, *Bp.*) *Knip, Pig.* II. *t.* 57. - *O. des Murs., Icon. Orn. Pl.* p. 4. mas adult. - *Jardine, Contr. Orn.* VI. 1850. *p.* 105. *f. in p.* 102. mas juv. - *Reich.. Syst. Av. t.* 235. *f.* 1306. adult. *et t.* 236. *f.* 3364. juv. *ex Ins. Duchateau inter Archip. Louisiadens. et Novam Guineam media. Aureo-viridis, sincipite scutoque ovali in medio abdominis purpureo-violaceis; fascia lata pectorali alba; crisso tectricibusque caudae inferioribus flavissimis: alis quoad longitudinem mediis; remigibus viridi-cyaneis; tectricibus vix flavo-limbatis, scapularibus macula mediana rotundata atro-cyanea: cauda brevicula subtruncata, apice pallescente; subtus cinereo-rufescente, apice albicante.*

Faemina *fascia alba pectorali nulla.*

Juv. *sincipite roseo; scuto abdominali minime purpureo, et cum ventre, crisso, tectricibusque caudae inferioribus albo-citrino.*

4. Columba ***hyogastra***, *Reinw.* (iogaster, *Wagl.* - Treron ionogaster, *Reich.* - Ptilinopus hyogaster, *Gr.* - Jotreron iogastra, *Bp.*) *Pl. col.* 252. - *Knip, Pig.* II. *f.* 54. - *Reich., Syst. Av. t.* 239. *f.* 1332. 1333. *ex Celebes. Majuscula: flavo-viridis; capite fasciaque alarum duplici transversa cyaneo-griseis; ventre tectricibusque caudae inferioribus aureis, scuto abdominali medio expanso purpureo-violaceo: alis subtus cinereo-ardesiacis; tectricibus majoribus, et remigibus tertiariis vix flavo-limbatis: rectricibus lateralibus apice interno griseo, subtus fusco-cinereis apice griseis: rostro nigro apice flavido; pedibus magnis cinereo-fuscis.*

5. Columba ***nana***, *Temm.* (*errore* naina! - Ptilopus naina, *Gr.!* - Ptilopus nanus, *Bp. in litteris*, hinc Jotreron nana). *Pl. col.* 565. mas. - *Knip, Pig.* II. *t.* 59. - *Reich., Syst. Av. t.* 239. *f.* 1330. *ex Nova Guinea. Minima, viridis holosericea; lunula magna argenteo-grisea utrinque ad colli latera; scuto abdominali purpureo-violaceo: tectricibus alarum, scapularibus, plumisque tibiarum et crissi flavo-marginatis; tectricibus caudae inferioribus flavis: cauda brevi truncata: rostro pedibusque griseo-rubellis.*

21. **Kurutreron**, Bp. 1853. (Ptilopus *part. Gr.*) Rostrum breve, robustum: pedes robusti; tarsis modice plumosis: alae elongatae, acutae; remigum prima valde producta acuminata, 2ª et 3ª omnium longissimae: cauda emarginata: plumae pectorales rigidae, apice bifidae. Colores viridi-aenei sine purpureo; pileo vix pallide rubello. Ocean. 3.

1. Columba **oopa**, *Wagl.* (purpurata *part. Gm.* - porphyracea var. *Forster.* - Kurukuru var. taitensis, *Less.* - Ptilinopus oopa, *Gr. Gen. Av.* - Ptilopus taitensis, *Gr. ex Auct.* - Kurukuru taitensis, *O. des Murs, ex Less.* - P. porphyreus! *Reich.* - K. nebouxi, *O. des Murs, ex specimine.* - K. dupetit thouarsi, *Flor. Prev.* in tab. err. - Ptilinopus purpuratus, *Gr.* 1854. *nec Bp.* - Ptilopus oopa, *Bp. in litteris.* - Pt. furcatus, *Peale.* - Kurutreron oopa, *Bp.* 1854.) *Forst. Icon. ined.* 140. - *Isis* 1829. *p.* 742. - *Voy. de la Coquille*, I. *p.* 297. - *Voy. de la Vénus, Orn. p.* 253. *t.* 7. - *Reich., Syst. Av. t.* 245. b. *f.* 3525, 3526. *et t.* 244. *f.* 2485 *ex t. Ven. ex Insula Otahiti. Aeneo-viridis; subtus cum capite colloque griseo-flavicans; sincipite griseo-violaceo, linea postice flavicante vix ulla; gula albida; genis, nucha, collo, abdomineque griseo-flavidis; crisso albido-flavo; tectricibus caudalibus citrinis: alis subtus coeruleo-plumbeis; remigibus primariis nigro-cyaneis, flavo-marginatis; tertiariis flavo-limbatis: rectricibus lateralibus pogonio interno nigricante macula subterminali griseo-alba fasciato; extima utrinque apice exteriore flavo: rostro pedibusque plumbeis.*

Juv. *olivaceo-subrufescens; subtus obscurior magis flavescens; pileo plumbeo vix violaceo.*

*2. Ptilinopus **chrysogaster**, *Gr.* 1854. (taitensis, *Reich.*) *Proc. Zool. Soc.* 1853. *p.* 48. *t.* 57. - *Syst. Av. t.* 245. b. *f.* 3527. 3528. *ex Otahiti. Aeneo-viridis subrufescens; subtus flavissima: pileo albo-purpurascente, linea postica flava; auricularibus, collo, pectoreque plumis griseo-albis, basi flavis; gula genisque flavidis: tectricibus alarum majoribus, remigibus secundariis scapularibusque viridi-cyaneis, margine externo flavo; primariis nigricantibus margine externo virescentibus: rectricibus fascia apicali lata albida, externe flavo-marginatis.*

3. Ptilinopus **coralensis**, *Peale.* (Kurutreron coralensis, *Bp.*) *Amer. Exped. Orn. p.* 190. *t.* 51. *ex Ins. Carlshoff et Archipel. Paumotou, Polynesia. Olivaceo-viridis; capite, collo, pectoreque cinereis, plumis flavo-subfasciatis; vertice roseo-ferrugineo; abdomine flavo-viridi; crisso tectricibusque caudae inferioribus flavidis; tibiis cinereis: alis caudaque cupreis aureo-viridi obsolete lineatis; subtus cinereis; remigum rachidibus fuscis; primariis secundariisque albo-limbatis; tertiariis flavo-marginatis: rectricibus aequalibus, pogonio interno fascia subterminali atra: rostro flavo; iridibus rubris: pedibus sanguineis. Longitudo vix 9-poll.*

*22. **Omeotreron,** Bp. (Ptilinopus part. *Gr.*) Rostrum robustum: pedes fortes: alae elongatae, remigibus omnibus castigatis, acutis, prima longiore quam 5ª; 2ª et 3ª omnium longissimis: cauda elongata subtruncata, rectricibus 12 strictis. Colores virides uniformes, pileo concolore. Ocean. 3.

*1. PTILOPUS ***batilda***, *Bp. Mus. Paris.* a Barrot. 1839. *ex Ins. Philippinis. Maxima inter Ptilopodinas (Long.* 16 *centim.); aeneo-viridis; subtus sordide viridi-cinerea; genis gulaque albicantibus; pectore subaurantiaco: remigibus nigricantibus flavido-limbatis; tectricibus majoribus margine externo flavis; alis subtus ardesiacis; tectricibus inferioribus sordide viridibus, albido-marginatis: rectricibus lateralibus nigricantibus, apice late spurco-griseis: rostro fusco; pedibus flavis.*

Nomine gallico (minime graeco uti *Mathilda*), Columbam hanc BATILDAE dico pro dilectione junioris filiae; memoria matris meae poematis; charitate illius Reginae quae a Galliis ignominiosam depulit servitutem.

2. COLUMBA ***virens***, *Less.* (cyanovirens *in tab.* - ***pectoralis***, *Wagl.* 1829. - Ptilinopus pectoralis, *Gr.*) *Voyage de la Coquille t.* 42. *f.* 2. - *Reich., Syst. Av. t.* 238. *f.* 1325. *ex Nova Guinea. Minor; laete viridis, maculis alarum atro-cyaneis nullis; subtus dilutior et magis flavicans; nucha immaculata, vertice concolore; fronte gulaque cinereis; macula pectorali parva media rufo-castanea; crisso cinnamomeo flavido; tectricibus caudae inferioribus flavidis viridi-centratis: tectricibus alarum majoribus flavido-limbatis; remigibus tertiariis apice albo-cyaneis: cauda dorso concolore, rectricibus subtus nigricantibus, mediis exceptis, apice albo-griseis: rostro albido; pedibus aurantiis.*

A Cyanotrerone cyanovirente, Bp. *ex Less.* valde dissimilis quamvis pro illius faemina usurpata.

3. COLUMBA ***feliciae***, *Hombr. et J.* (Ptilinopus feliciae, *Pucheran*) *Ann. Scienc. Nat.* 2me *ser.* XVI. *p.* 316. - *Voy. au Pole Sud. t.* 12. *f.* 1. - *Reich., Syst. Av. t.* 245. *f.* 2589. *ex Ins. Viti, Balaou. Minima; viridis in pectore subpallescens, in gula et in abdomine cinerascens, plumis luteo limbatis; tectricibus caudae inferioribus flavidis subtiliter viridi-centratis: alis viridibus immaculatis; remigibus nigricantibus, limbo externo et basi subtus interne aureis; tectricibus inferioribus viridibus flavo-undulatis: cauda viridi subtus aureo-cinerea, rachidibus albis; rectricibus supra tantum litura nigra subterminali, extima utrinque apice extremo interne aureo: rostro apice flavido, pedibusque nigricantibus.*

*23. **Phapitreron,** Bp. (Peristera part. *Aliq.* - Phaps, part. *Gr.*) Rostrum robustissimum; orbitae nudae: pedes breves semiplumosi: alae brevissimae; remigibus angustis; primariis externe emarginatis; 1ª 6am aequante; 3ª omnium longissima et 4ª, 2am et 5am paullo superantibus: cauda longula rotundata, rectricibus 12: colores rufescentes metallici. Medium inter TRERONIDAS et PHAPINAS! Ocean. 2.

1. COLUMBA ***leucotis,*** *Temm.* (Peristera leucotis *Auct.* - Phaps leucotis, *Gr.* - Oreopeleia ! leucotis, *Reich.* - Phapitreron leucotis, *Bp.*) *Pl. col.* 189. mas. - *Knip, Pig.* II. *t.* 2. - *Reich., Syst. Av. t.* 224. *f.* 1259. - *Mus. Paris et Brit. ex Ins. Philipp. Minor* (Magnitudine Turturis auriti): *brunneo-rufa, viridi-aureo purpureoque micans; pileo canescente; orbitis nigricantibus; macula ovali-acuminata auriculari candida nigraque; cervice cupreo-viridi; colli lateribus aureo-violaceis: subtus cinereo-cinnamomea; gula vinaceo-cinnamomea; tectricibus caudae inferioribus pulchre griseis: rectricibus mediis duabus dorso vix obscurioribus, unicoloribus; caeteris fascia latissima subterminali nigricante, apice ipso ample cinereo: rostro nigro; pedibus rubris.*

*2. ***Ph. amethystina,*** *Bp. Mus. Bruxell. ex Ins. Philipp. Similis* praecedenti, *sed major; dorso splendide violaceo; tectricibus caudae inferioribus fulvo-cinnamomeis: rectricibus fere unicoloribus: rostro longissimo, immane.*

Quid Dentrophaps, Blyth, genus *Treronidarum alis brevissimis?*

24. **Chrysaena,** Bp. (Chrysotreron, *in litteris*, *nec* Chrysaenas). Plumae cervicis, dorsi, pectorisque angustae, lanceolatae, acuminatae: tectrices alarum caudaeque superiores latiores, sed valde elongatae, lanceolatae, juxtapositae; infimae longiores: juguli tamquam squamatae; caeterae plus minus decompositae.

COLUMBA ***luteovirens,*** *Hombr. et J.* (lutea, *Aliq.* - flava *Gr.* - Calaenas gouldi! *Reich. nec Gr.* - Callaenas flava, *Reich.* - Ptinilopus luteo-virens, *Pucheran.* - Chrysoenas luteo-virens, *Bp.*) *Voy. au Pole sud. t.* 12. *f.* 2. - *Reich., Syst. Av. t.* 245. *f.* 2594. *et t.* 263. *f.* 1469, 1470. *ex Ins. Balaou. Viridi luteoque varia; capite luteo-viridi; abdomine medio tectricibusque alarum inferioribus flavissimis.*

SUBFAMILIA 190. *ALECTRAENADINAE.*

Majores: colores nigri et rubri. Analogiam cum Dasyptilis et Calyptorhynchinis praebent.

25. **Alectraenas**, Gr. 1840. (Chlamydaena, *Bp. Conspect. Syst. Orn.* 1854). Plumae capitis, colli, pectorisque elongatae, angustae, subulato-acuminatae, apice cartilagineae, nitidae: cauda truncata. Madag. Ins. Franc. 1.

Columba ***nitidissima***, *Scop.* (franciae, *Gm.* - batavica, *Bonnat.* - jubata, *Wagl.* - Ptilinopus nitidissimus, *Gr.* - Alectraenas franciae, *Auct.* - Al. nitidissima, *Gr.*) *Sonn. Voy. t.* 101. - *Le Vaill. Afrique* vi. *t.* 267. - *Knip, Pig.* i. *t.* 19. - *Reich., Syst. Av. t.* 234. *f.* 1302. *ex Afr. m. Ins. Franc. Ex nigricante coeruleo-violacea; plumis rigidulis, capitis, colli, pectorisque lacteis; uropygio caudaque coccineis; rectricibus mediis rachide violacea: remigibus intus nigricantibus: orbitis genisque nudis rubro-carneis: rostro nigricante, basi rubro, apice flavo; pedibus nigricantibus.*

26. **Funingus**, (errore Furningus, *O. des Murs* 1854. *ex Buff.* - Alectraenas, *Bp. nec Gr.*) Madag. et Ins. Seychelles. 2.

1. Columba ***madagascariensis***, *L.* (phenicura, *Wagl.* - Palumbus coeruleus madagascariensis, *Briss.* - Ptilinopus madagascariensis, *Gr.* - Colombe bleue, *Less. Traité Orn. p.* 470. *esp.* 26.) *Pl. enl.* 11. - *Le Vaill. Afr.* vi. *t.* 266. - *Knip, Pig.* i. *t.* 17. - *Reich., Syst. Av. t.* 234. *f.* 1301. *ex Madagasc. Ins. Seychelles. Coracino-violaceus; capitis colliqueplumis linearibus acuminatis canescentibus; crisso violaceo-purpureo: remigum prima apicem versus interne emarginata: cauda subrotundata, rectricibus magna ex parte atro-purpureis: rostro nigro apice flavo; orbitis nudis, pedibusque rubris.*

Faem. *minor, vix minus nitida.*

*2. Columba ***sganzini***, *Verr.* (Funingus sganzini, *O. des Murs.*) *Encycl. d'Hist. Nat. Ois.* vi. *p.* 32. fig. nulla. *ex Madag.* - *Similis* Erythr. rubricapillae; *sed pileo haud rubro et absque carunculis.*

Nigro-virescens, pulverulentus: sincipite cinereo-virescente; occipite nigro-viridi subcinerascente; cervice fusco-cinerea, centro nigricante; uropygio atro-coeruleo; gula cinereo-alba; juguli plumis emarginatis, barbulis elongatis; pectore cinereo inferne substriato; abdomine

ex virescente atro-coeruleo: remigibus, rectricibusque coeruleo-nigris subcinerascentibus: rostro fusco-cyaneo; orbitis rubris; pedibus virescentibus.

*27. **Erythraena,** Bp. (Alectraenas, part. *Gr.*(Lora subplicata plumulis minimis intermixtis; plumae colli elongatae erectiles. Madag. 1.

COLUMBA ***pulcherrima***, *Scopoli.* (rubricapilla, *Gm.* - Ptilinopus pulcherrimus, *Gr.* - Pt. rubricapillus, *Auctor.* - Janthaenas! pulcherrima, *Reich.* - Erythraena pulcherrima, *Bp.*) *Sonnerat. Voy. Nouv. Guin. t.* 67. - *Knip, Pig.* I. *t.* 20. - *Reich., Syst. Av. t.* 230. b. *f.* 3361. *ex Ins. Sechelles. Madag. Nigro-coracina; capite, collo, interscapilio, pectoreque griseis: remigibus, rectricibusque pulverulentis; plumis pilei longiculis, raris, sericeis, ruberrimis; crisso albido nigro-vario: maxillae basi, loris et orbitis nudis corneo-rubellis: rostro nigro, apice albo; pedibus cinereis.*

SUBFAMILIA 192. *CARPOPHAGINAE.*

Rostrum elongatum, tenue, apice tantum corneum; mandibulae basi subtus plumosa: pedes minus vestiti, solea dilatata; digiti elongati; pollice valde explicato; unguibus validis, incurvis: alae amplae, validae: cauda elongata, rectricibus 14. Majores. Colores capitis, colli et corporis subtus pallidi, absque nitore columbino, dorsi tantum alarum et caudae metallici.

Gregariae: Sylvaticae: ovum singulum parientes.

*28. **Globicera,** Bp. (Carpophaga, partim, *Gr.*) Cera carnosa, globosa, ante frontem erecta, nuptiarum tempore, in mare saltem, turgescens. As. m. et Oc. 9.

1. COLUMBA ***pacifica,*** *Gm.* (globicera, *Wagl. olim* aenea mas - aenea, *Quoy et Gaim., nec L.* - Carpophaga pacifica, *Reich.* - globicera, *Gr.* - Globicera pacifica, *Bp.*) *Voy. Uranie t.* 29. - *Reich., Syst. Av. t.* 230. *f.* 1285. *ex Nova Guinea. Ins. Tongatab. Mus. Paris. ab Arnoux, ex Ins. Wallis. Obscure aenea; subtus luride vinacea, abdomine medio rufescente, lateribus femoribusque cinerascentibus; tectricibus caudae inferioribus castaneis: capite cerviceque latissime griseis, capistro albicante: alis caudaque subtus nigricantibus: cera nigra, globosa.*

2. COLUMBA ***forsteri,*** *Wagl.* (C. globicera var.? *Reinhart, ex Mss. Forst.* - Carpophaga wilkesii, *Peale.* - forsteri, *Gr.* - Globicera forsteri, *Bp.*) *Icon. ined.*

139.-*Isis* 1829. *p.* 729. *ex Ins. Otahiti. Simillima* Globicerae pacificae, *sed capite et cervice fuliginoso-nigris. Aeneo-viridis, coeruleo-micans; subtus fuliginosa; tectricibus tantum caudae inferioribus ferrugineis; capistro albo: cera nigra, haud globosa.*

3. Columba **oceanica**, *Less.* (Carpophaga oceanica, *Selby.* - Globicera oceanica, *Bp.*) *Voy. de la Coquille t.* 41. - *Knip, Pig.* II. *t.* 24. - *Kittl. Kupfer Vög. t.* 33. *f.* 1. - *Reich., Syst. Av. t.* 230. *f.* 1283, 1284. *ex Oualan, Ins. Carolinens. Ins. Pelew. Media; aeneo-viridis fuscescens; subtus castanea: capito, collo, pectoreque cinereis; fronte, genis, gulaque albicantibus: rostro nigro; pedibus rubro-aurantiis.*

Mas et Faem. *tuberculo rostrali carnoso erectili, nuptiarum tempore turgescente.*

* 4. Carpophaga **microcera**, *Bp. in litt.* (Globicera microcera, *Bp.* 1854). *Mus. Paris.* ab Astrolabo *ex Ins. Vavao,* a Zélée *ex Samoa. Similis* praecedenti, *sed rostro graciliore; abdomine griseo vix rufescente; tectricibus caudalibus inferioribus tantum castaneis: pedibus fusco-corneis.*

5. Columba **myristicivora**, *Scopoli.* (aenea var. *Gm.* - globicera part. *Wagl.* - Carpophaga myristicivora, *Gr.* - Globicera myristicivora, *Bp.*) *Sonnerat, Voy. t.* 102. *ex Nova Guinea. Major; capite griseo, collo, pectore, abdomineque griseo-vinaceis; tectricibus caudae inferioribus albido-cinnamomeis: tectricibus alarum minoribus cupreo-viridibus; remigibus, rectricibusque nigris: rostro fusco; iridibus pedibusque carmineis.*

* 6. Carpophaga **tarrali**, *Bp. in litteris.* (Globicera tarrali, *Bp.* 1854). *Mus. Paris. ab Astrolabo, ex Vanikoro. Viridi-smaragdina, vix aurea,* nec aenea, *unicolor, alis caudaque concoloribus; subtus obscure cinereo-castanea: pileo cerviceque dilute plumbeis; genis, gula albidiore, juguloque vinaceis; alis subtus nigris; lateribus femoribusque fuscis; crisso, tectricibusque caudae inferioribus castaneis.*

Claudio Tarralo M. D. in arte sua manu et ingenio maxime experienti, judicii in ingenuas artes exquisitissimi, speciem hanc grato libentique animo consecro.

* 7. Carpophaga **rubricera**, *Gr.* (Globicera rubricera, *Bp.*) Figura nulla. *Mus. Brit.* 1854. *ex Patria ignota* - *Mus. Par. ex Nova Hibernia. Cupreo viridis; capite, jugulo, pectoreque albo-vinaceis; cervice cana; abdomine, crisso, femoribusque ferrugineis; tectricibus caudae inferioribus castaneis: remigibus rectricibusque atro-cyaneis viridi-micantibus: ceromate tumido-rubro. Longit.* I. 1/4 *pedalis. Alar.* * *ped.*

*8. ***G. sundevalli***, *Bp. Mus. Par. a Soc. Miss.* 1849. - *ab Arnoux. ex Ins. Tonga-tabou et Wallis. Similis* quoad colores Carp. aenae; *sed magis virescens; tibiis, crisso, lateribusque valde obscurioribus. Aeneo-viridis in interscapilio scapularibusque aureo-micans; subtus griseo-ardesiaca: capite, cerviceque latissime caeruleo-griseis; fronte albicante, capistro gulaque albis; jugulo pectoreque dilute vinaceis; tectricibus caudae inferioribus castaneis: alis subtus ardesiacis; remigibus rectricibusque aeneo-nigris unicoloribus, subtus valde obscuris: rostro nigro; cera vix globosa, minime turgescente; pedibus rubris.*

Cl. Sundevallo dicata, ob recentissimum suum Parisiensem itinerem.

9. ***C. aurorae***, *Peale.* (Globicera aurorae, *Bp.*) *Unit. Stat. Expl. Exped.* VIII. *p.* 201. *t.* 56. *ex Ins. Aurorae* sive *Maitia, Archip. Societ. Obscure cyanea, aeneo-micans; capite, collo, pectoreque cinereis: subtus, in mento nivea, sensim caudam versus in plumbeum obscurascens; crisso viridi-aeneo: alis caudaque subtus atro-ardesiacis; remigum tertia et quarta subaequalibus omnium longissimis; cauda lata, subtruncata, rachidibus nigris: rostro nigro; pedibus sanguineis.*

29. **Carpophaga**, *Selby.* 1835. Remigum prima acuta quintam superante, margine integro, continuo; omnibus apice rotundato, minime lobato. As. m. Oc. 8.

1. COLUMBA ***aenea***, *L.* (pacifica? *Gm. juv.* - muscadivora, mas, *Temm.* - Palumbus mollucensis, *Briss.* - Carpophaga aenea, *Gr.*) *Pl. enl.* 164. - *Knip, Pig.* I. *t.* 3. mas *nec t.* 4 *quae* Ducula paulina, *Bp. ex Temm.* - *Reich., Syst. Av. t.* 230. b. *f.* 3359, *nec* 3360. *ex Ins. Moluccis, Java, Sumatra, Borneo. Aeneo-viridis aureo micans, maculis nullis; subtus cum capite, collo undique et interscapilio subvinaceo-cana; fronte albicante; tectricibus caudae inferioribus obscure castaneis: remigibus atro-coracinis, externe subcanescentibus: rectricibus aeneo-viridibus; subtus atro-rufescentibus, rachidibus omnibus rufo-fuscis: rostro, basi depresso, nigro, dertro flavido; pedibus fuscescentibus.*

Specimina ex Ins. Nicobar. *colore viride, minime in aeneum vergente; subtus, cum capite colloque, pure grisea minime rufescens; remigibus haud cinerascentibus; tectricibus caudae inferioribus dilutioribus.*

*2. ***C. chalybura***, *Bp. Mus. plurimis, ex Ins. Philipp. Simillima* praecedenti; *sed capite colloque etiam albidioribus; fronte concolore: remigibus valde cinerascentibus: cauda subtus dilutiore cinereo-chalybea,* nec rufo nigricante: *rectrice extima rachide subtus albida.*

3. Columba ***sylvatica***, *Tickell*, *nec Gossė.* (aenea ex India, *Auct. nec Raffles.* - Carpophaga sylvatica, *Blyth.*) *Journ. As. Soc.* ii. *p.* 581. - *Mus. Paris* a Dussumiero, *ex India mer. or. Assam, Arracan, Tenasserim, Bengal. Similis* C. aeneae; *sed rostro valde breviore et graciliore, dertro flavicante: capite obscuriore, et cum pectore abdomineque, rufescente; dorso, alis valde brevioribus, caudaque aureo-cupreis*, minime coerulescentibus; *cauda subtus cinereo-chalybaea, rachide rectricis extimae albicante: pedibus carmineis.*

4. ***C. pusilla***, *Blyth, Cat. Calc. Mus. p.* 1402. - *Journ. As. Soc.* xviii. *p.* 232. *ex montibus Nilgherris, Ceylan. Simillima* praecedenti *sed minor: capite dilutior, minime rufescens: cauda subtus rufo-nigricante: rostro elongato.*

5. Columba ***perspicillata***, *Temm.* (Carpophaga perspicillata, *Gr.*) *Pl. col.* 246. *Reich., Syst. Av. t.* 231. *f.* 1291, 1292. *ex Insulis Philippinis, Moluccis. Aureo-viridis; subtus albida; fasciola frontali orbitisque albis; pileo cerviceque fusco-cinereis; colli lateribus fuscis: tectricibus alarum nigro-notatis marginibus vivide aureis; inferioribus albidis: remigibus rectricibusque atro-cyaneis, subtus cinereo-rufescentibus: rostro fusco-virente; pedibus carmineis.*

6. ***C. ochropygia***, *Bp. Mus. Paris. n*°. 248. foemina ab Astrolab. *ex Balaou. Majuscula; fusco-ciocolatina; subtus albo-testacea, pileo, genis, cerviceque latissime cinereis, gula roseo-albida; pectore cinereo-vinaceo; tectricibus caudae inferioribus pallidis linea centrali fusca; tectricibus alarum inferioribus, pennis axillaribus, remigibusque interne, cinnamomeo-castaneis: rectricibus rufo-ciocolatinis, subtus griseo-cinnamomeis.*

7. ***C. latrans***, *Peale, Unit. Stat. Expl. Exped.* viii. *p.* 200. *t.* 55. *ex Ins. Fidji. Ex fuscescenti vinaceo-griseo, vertice pectoreque intense vinaceis; ventre cinnamomeo; crisso tectricibusque caudae inferioribus fulvescentibus; alis spadiceis; subtus dilute castaneis: remigibus primariis nigricantibus margine externo griseis; tertia omnium longissima; prima angustissima acuminata: cauda viridi-castanea, subtus cinnamomea rachidibus albis; rectricibus subaequalibus latis apice rotundatis: rostro nigro, gracile, naribus parvis linearibus: pedibus carmineis, tarsis ex toto fulvo plumosis; halluce hinc inde setolis brevibus vestito.* An hujus generis?

* 30. **Ptilocolpa,** Bp. (Carpophaga, partim, *Gr.*). Remigum prima, pogonio interno profunde excavato, valde breviore quam quinta, quae cum sequentibus apice lobato-spathulato: cauda brevicula, parum explicata, metallica. Ins. Philipp. 2.

1. Carpophaga ***Carola***, *Bp. in litt.* (Ptilocolpa carola, *Bp.* 1854). *Collect. Bp.* a Parzudakio, adult. - *Mus. Paris.* juv. Figura nulla. *ex Ins. Philippinis.* *Cuprea, in interscapilio purpurascens, in tergo alisque aureo-rubens, maculis smaragdinis consparsis; capite, in mento albicante, colloque undique late griseis; pectore aeneo-subvirescente; abdomine late rubro vinaceo; crisso albo; tectricibus caudae inferioribus cinnamomeo-castaneis, lateribus cinereo-virentibus: alis subtus omnino cinereo-subviolaceis, unicoloribus; remigibus cupreo-nigricantibus, primariarum apice opaco: rectricibus aeneo-viridibus; subtus nigricantibus; extimis cinereis; rachidibus supra nigris, subtus, apice excepto, albis: rostro flavido; pedibus rubellis.*

Juvenis *subtus ex toto fusco-cinerea, minime castanea; uropygio splendide viridi-smaragdino.*

Avem pulcherrimam dicamus *amatissimae* Carolae Primoli Bonaparte, *nomine dignae; filiae optimae, sororis, sponsae, matrisque exemplum!*

2. Carpophaga ***griseipectus***, *Gr.* (Ptilocolpa griseipectus, *Bp.*) *Mus. Brit.* 1854, *et Coll. Bp.* a Parzudakio, Figura nulla. *ex Ins. Philippinis.* *Cinerea, caudam versus sensim fuscescens, maculis nigris crebris, in tectricibus alarum subconfluentibus; subtus purpureo-castanea: pileo, genis, cervice et interscapilio dilute griseis; gula, jugulo et colli lateribus albis; scuto pectorali intense griseo; remigibus nigricantibus: rectricibus nigro virentibus, subtus nigris; extima utrinque subtus cinerea, rachide albido: rostro flavo; pedibus rubellis.* *Longit.* 13 *pollicar.* - *Alar.* 8 *poll.*

31. **Ducula,** Hodgs. 1836. (*hinc* Rhinopus, *Hodgs.* 1841. - Carpophaga, partim, *Gr.*) Rostrum breve tenue: pedes debiles, valde plumosi, solea dilatata: alae breviculae; remigum prima acuta sed non excavata; 3ª et 4ª omnium longissimae; sequentes sublobatae, sed vix spathulatae: cauda longa, valde explicata, haud metallica; colores vix metallici, saepe rufescentes, pileo vel gula discolore. As. m. Oc. 8.

1. ***Ducula insignis***, *Hodgs.* (Columba cuprea *hinc* badia, *Jerdon, nec Raffles.* - Carpophaga insignis,

Blyth.) *Asiat. Research.* XIX. *p.* 162. - *Mus. Paris. ex Himal. Nilgherr. Arracan. Aeneo-purpurina; uropygio, tectricibusque caudae superioribus dilutioribus:* subtus cum capite *colloque cano-lilacina; pileo vix canescente; gula alba; tectricibus alarum inferioribus rufo-cinnamomeis: tectricibus caudae inferioribus brevissimis, albo-cinnamomeis: cauda fusca apice late cinerascente subtus argenteo. - Longit.* 20 *poll. - Alar.* 9. Faem. *valde minor et coloribus obscurioribus.*

2. COLUMBA **badia**, *Raffles. nec Jerdon* (capistrata, *Temm.* - Carpophaga badia, *Gr.* - Ducula badia, *Bp.*) *Pl. col.* 165. mas. - *Knip, Pig.* II. *t.* 37. - *Reich., Syst. Av. t.* 228. *f.* 1274. *Mus. Paris. ex Java, Sumatra. Ex olivaceo aeneo-ardesiaca, subtus vinaceo-lilacina; pileo, genisque griseis; gula rosea; tectricibus caudae inferioribus cinnamomeo-castaneis: cervice vinaceo-violacea: tergo, tectricibusque alarum majoribus et caudae superioribus fusco-ardesiacis, inferioribus dilute plumbeis: cauda elongata, nigricante, rectricibus apicem versus dilutioribus cinereis, subtus spurce argenteis.*

3. COLUMBA **lacernulata**, *Temm.* (Ducula lacernulata, *Bp.*) *Pl. col.* 194. mas. - *Reich., Syst. Av. t.* 228. *f.* 1273. *Mus. Paris. et Lugdun.* a venerando Reinwardto. - *ex Java. - Fusco-aenea, tectricibus alarum subvirescentibus; subtus griseo-vinacea: pileo genisque griseis; gula vinaceo-cinnamomea; cervice latissime cinereo-vinacea; crisso et tectricibus caudae inferioribus rufis: rectricibus nigricantibus apice latissime cinereis; subtus pallidioribus, rachidibus albidis et apice argenteo: rostro nigro; pedibus rubris.*

4. COLUMBA BASILIS, *Temm.* (Carpophaga **basilica**, *Sundev. in litt.* - Ducula basilis, *Bp.*) *Schlegel, Man. Zool. inedit.* fig. optima. - *Mus. Lugdun. ex Ins. Gilolo. Affinis* C. aeneae; *sed paulo major et valde praestantior: viridi-aenea, plumis apice late rufis unde dorso fere toto rufescente: subtus, cum tibiis tectricibusque alarum inferioribus, laete rufa, unicolor; capite colloque undique pectorisque parte anteriore albo-vinaceis; cervice pallide coeruleo-cana: rectricibus a basi viridi-coracinis, in medio cyaneo nigris, apice griseo fuscescentibus: rostro nigro, levissimo: pedibus rubris.*

*5. COLUMBA **paulina**, *Temm.* (*olim* C. aenea, faem. - Carpophaga paulina, *hinc* Ducula paulina, *Bp.*) *Knip, Pig.* I. *t.* 4. - *Reich., Syst. Av. t.* 230. b. *f.* 3360. - *Mus. Lugdun. ex Ins. Celebens. Aeneo-*

viridis subtus cum capite, colloque: glauco-vinacea; nucha, tectricibusque caudae inferioribus rufo-ferrugineis.

6. Columba ***cineracea***, *Temm.* (Carpophaga cineracea, *Gr.* - Ducula cineracea, *Bp.*) *Pl. col.* 563. mas. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 228. *f.* 1272. *Mus. Paris.* a Quoy et Gaim. *Mus. Lugdun.* a Mackloto et Mullero. *ex Timor. Cinereo-viridis fuscescens, minime aenea; subtus cinereo vinacea; ventre, crisso, tectricibusque caudae inferioribus cinnamomeo-albicantibus; pileo, genis cerviceque plumbeis: remigibus rectricibusque fuscis: rostro nigro; pedibus plumbeis, valde plumosis.*

7. Columba ***rosacea***, *Temm.* (Carpophaga rosacea, *Gr.* - Ducula rosacea, *Bp.*) *Pl. col.* 578. - *Knip, Pig.* II. *t.* 34. mas. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 228. *f.* 1275. (Quid *t.* 224. *f.* 1261. *dorso roseo; alis caudaeque viridibus?*) *Mus. Par. ex Insula Timor. Griseo-subaenea, in alis caudaque viridi paulo micans, et tamquam irrorata aut pulverulenta; tectricibus alarum cyaneo-virentibus, apice obscurioribus. Subtus cano-vinacea; pileo genisque roseo tinctis; gula, lineola ad rostri basin, orbitisque albidis; cervice et colli lateribus dilute griseis; tectricibus caudae inferioribus castaneis; rostro nigricante; pedibus rubris.*

*8. Carpophaga ***pistrinaria***, *Bp. in Litt.* (Ducula pistrinaria, *Bp.* 1854.) *Mus. Paris.* a Zelée. *ex Ins. Sti Georg. Arch. Salomonis. Similis* praecedenti; *sed glauco-cana, unicolor, tamquam pulverulenta; capite concolore, tantum dilutiore, minime roseo, capistro orbitisque albidis: subtus ex toto canescens; pectore tantum vix vinaceo: tectricibus caudae inferioribus castaneis.*

32. **Myristicivora**, Reich. (Carpophaga part. *Gr.*) Remigum secunda omnium longissima: cauda rotundata: colores albi. As. m. Oc. 3.

*1. Carpophaga ***grisea***, *Gr.* (Columba argentina? *Temm. Mus. Lugdun.* - Myristicivora grisea, *Bp.*) Great grey Pigeon, *List. B. Br. Mus.* 1844. III. *p.* 5. *ex Malasia, Borneo! Griseo-argentea, capite colloque dilutioribus: remigibus, scapularibus, rectricibusque basi late alba, nigris. Longit.* 16 *pollicar. Alar.* 8 *poll.*

2. Columba ***bicolor***, *Scopoli.* (alba, *Gm. nec Temm.* - littoralis, *Temm.* - Carpophaga myristicivora, *Gr.* List. *B. Br. Mus.* 1844. *hinc*, C. bicolor, *Gr.* - Myristicivora littoralis, *Reich.* - Myristicivora bi-

color, *Bp.*) *Sonnerat, Voy. t.* 103. *nec* 102. - *Knip, Pig.* I. *t.* 7. - *Reich., Syst. Av. t.* 229. *f.* 1278. 1279. *ex Nova Guinea, Ins. Moluccis, Nicobar. Alba; remigibus, fascia caudali latissima, et pogonio externo rectricis extimae, nigris; tibiarum plumis albis; rostro, pedibusque nigricantibus.*

3. Columba **luctuosa**, *Reinw.* (Carpophaga luctuosa, *Gould.* - Carp. casta, *Peale.* - Myristicivora luctuosa, *Reich.*) *Pl. col. t.* 247. adult. - *Knip, Pig.* II. *t.* 40. - *Gould, Austr.* V. *t.* 60. - *Reich., Syst. Av. t.* 229. *f.* 1276. 1277. *United. Stat. Expl. Exped. Orn. p.* 204. *t.* 58. mas. *ex Ins. Sooloo,* etiam prope Urbem Soung. *Ins. Molluccis, Austral. Alba, remigibus, cauda latissime ad apicem, alula spuria, tibiarum plumis, tectricibusque caudae inferioribus apice, nigris: rectricibus nigro-marginatis; mediis sex ultra dimidium nigris, caeteris gradatim minus minusque, extimis apice extremo tantum, nigris: rostro, palpebris, pedibusque coerulescentibus, dertro unguibusque nigris. Longit.* 1¼ *pedalis.*

Quid Carp. 1407. *Blyth. Cat. Calc. Mus. p.* 232. *ex Nova Guinea?*

33. **Zonaenas,** Reich. (Carpophaga, part. *Gr.*) Rostrum gracile. Colores splendidi: cauda fasciata. Ocean. 5.

1. Columba **mulleri**, *Temm.* (Carpophaga mulleri, *Gr.* - Zonaenas mulleri, *Reich.*) *Pl. col.* 566. faem. adult. - *Knip, Pig.* II. *t.* 56. - *Reich., Syst. Av. t.* 232. *f.* 1293. *ex Nova Guinea. Ardesiaca; subtus purpureo-rufa: pileo roseo-lilacino lineola cinnamomea marginato; gula guttureque albidis; collare nigro in medio gulae angusto, in cervice valde dilatato; interscapilio intense purpureo-granatino: rectricibus fascia mediana albida.*

2. Columba **pinon**, *Quoy et Gaim.* (Carpophaga pinon, *Blyth.* - Zonaenas pinon, *Bp.*) *Voy. de l'Uranie. t.* 28. - *Knip, Pig.* II. *t.* 15. - *Dict. Class. Hist. Nat. t.* 29. *f.* 2. - *Reich., Syst. Av. t.* 232. *f.* 1294. - *Mus. Paris. ab Expedit. Astrolab.* 1829. *ex Nova Guinea, Ins. Rawack. Maxima, nigro-ardesiaca; alis caudaque obscurioribus; subtus fusco-castanea: pileo cerviceque griseis; fasciola ad rostri basin alba; genis, collo undique, pectore et interscapilio cinereo-vinaceis; macula magna hinc inde dorsali nigerrima: rectricibus fascia ultramediana alba: rostro robusto, depresso, nigro, apice flavido; pedibus rubris.*

3. Columba ***radiata***, *Quoy et Gaim.* (Carpophaga radiata, *Gr.* - Zonaenas radiata, *Bp.*) *Voy. Astrolab. t.* 26. - *Knip, Pig.* II. *t.* 29. - *Reich., Syst. Av. t.* 230. *f.* 1287. *ex Ins. Celebes. Minor; cupreo-viridis; subtus cum capite et colli lateribus griseis; gula alba: crisso, femoribusque rufis; cervice late nigra; interscapilio aureo-violaceo: alis subtus fuscis: rectrice extima fusca, omnibus fascia mediana cinerea: rostro nigro, deminuto!*

4. Columba ***zoea***, *Less.* (Carpophaga zoeae, *Gr.* - Zonaenas zoea, *Reich.*) *Voy. Coquille, t.* 39. - *Knip, Pig.* II. *t.* 3. - *Reich., Syst. Av. t.* 232. *f.* 1295. *ex Nova Guinea. Rubro-castanea; subtus cinerea: capite griseo, in gula valde dilutiore; cervice, collo undique, pectoreque latissime, vinaceo-cinnamomeis: annulo fasciali mediano nigro corpus cingente; crisso, tibiisque vinaceis, plumarum apice albo-roseo; tectricibus caudae inferioribus rufescentibus nigro-centratis et albido marginatis; remigibus, rectricibusque aureo-viridibus, subtus apice rufescentibus.*

5. Columba ***rufigaster***, *Quoy. et Gaim.* (Carpophaga rufigaster, *Gr.* - Zonaenas rufigastra, *Reich.*) *Astrolab. t.* 27. - *Knip, Pig.* II. *t.* 9. - *Reich., Syst. Av. t.* 232. *f.* 1296. *ex Nova Guinea. Viridi-aenea; subtus fulvo-rufa, in pectore tectricibusque alarum inferioribus saturate, in crisso femoribusque albicans: capite vinaceo, in gula dilutiore: nucha cerviceque latissime griseis: uropygio, tectricibusque caudae superioribus ex aureo-castaneo violaceis: rectricibus cupreo-fuscis apice cinereis.*

34. **Hemiphaga**, Bp. (Carpophaga, part. *Gr.*) Cauda emarginata. Colores viridi aenei; subtus dimidiato albi. As. m. Oc. 4.

1. Columba ***novae-zealandiae***, *Gm.* (argetraea, *Forst.* - zelandica, *Lath.* - spadicea, *Less.* - spadicea leucophaea, *Hombr. et Jacq.* var. alb. - Carpophaga novae-zealandiae, *Gr.* - Hemiphaga novae-zealandiae, *Bp.*) *Forst., Icon. inedit. t.* 137. - *Id. Descr. Anim. p.* 80. - *Less., Zool. Coq.* I. *p.* 710. - *Ann. Sc. Nat.* 1841. *p.* 319. - *Reich., Syst. Av. t.* 227. *f.* 2480. *ex Ins. Australe Nov. Zeland. Aeneo-purpurea; capite, jugulo, pectore, alis externe, remigibus secundariis, et tergo aureo-viridibus; abdomine, crisso, tectricibusque alarum inferioribus albis: remigibus cyaneo-viridibus, maculis griseis elongatis pogo-*

nio externo ad basin, tertiariis apice nigris: cauda nigro-coracina, apice griseo-brunnea: rostro robusto, pedibusque rubris. Longitud. sesquipedalis.

Juv. *dorso alisque rufo-undulatis; capite cerviceque cinereis albido-variis; gula, pectoreque fusco-cinereis griseo-lineatis; abdomine tectricibusque caudae inferioribus albis: remigibus, rectricibusque apice albidis, griseo-fuliginosis.*

2. Columba **spadicea**, *Lath.* (leucogaster, *Wagl.* - princeps, *Vigors.* - gigas, *Ranzani.* - Carpophaga spadicea, *Gr.* - Hemiphaga spadicea, *Bp.*) *Knip, Pig.* I. *t.* 1. - *Jard. et Selby, Ill. Orn. t.* 5? - *Gould, Austr.* V. *t.* 10. - *Reich., Av. t.* 230. *f.* 1286. *ex Australia. Simillima* praecedenti; *sed valde minus refulgens, tergo alisque cinereo-argenteis viride tantum velatis: nucha cerviceque nigricantibus; dorso tectricibusque alarum corpore proximioribus atro-castaneis; subtus et in tectricibus alarum inferioribus alba: remigibus, rectricibusque fusco-aeneis: rostro tenuiore flavo; pedibus rubris.*

Juv. *minime aut vix purpurascente-ferruginea.*

3. Carpophaga **poliocephala**, *Gr.* (Zonaenas poliocephala, *Reich.* - Hemiphaga poliocephala, *Bp.*) *Mitch. Gen. B. t.* 119. - *Reich., Syst. Av. t.* 233. *f.* 1298. *t.* 227. *f.* 2480. - *Mus. Brit. ex Ins. Philippinis. Major: dilute viridis; facie et fascia caudali subterminali lacteis: nucha late vinacea, mento crissoque latissime rufo-ferrugineis.*

4. Columba **forsteni**, *Temm.* (*errore* forsteri. - Carpophaga albogularis! *Gr. nec Mus. Lugdun. quae* Janthaenas. - Hemiphaga forsteni, *Bp.*) *Knip, Pig.* II. *t.* 47. *ex Ins. Celebens. Aureo-viridis, gula abdomineque latissime et abrupte albis; pileo genisque griseis; cervice et interscapilio purpureo-nitentibus; crisso tectricibusque cauda inferioribus castaneis: rectricibus subtus nigricantibus, fascia mediana supra cinerea, subtus albida.*

35. **Megaloprepia**, Reich. (Carpophaga, part. *Gr.*) Alae elongatae, acutae; remigum prima elongata, acuta vix brevior 2ª; 3ª et 4ª omnium longissimis: cauda elongata! As. mer. 2.

1. Columba **magnifica**, *Temm.* (Carpophaga magnifica, *Gould.* - Ptilinopus magnificus, *Sw.* - Megaloprepia magnifica, *Reich.*) *Pl. col.* 163. mas. - *Knip, Pig.* II. *t.* 25. - *Gould, Austral.* V. *t.* 58. -

Reich., Syst. Av. t. 233. *f.* 1299. 1300. *ex Austral. m. or. Maxima, aureo-viridis, dorso humerisque flavicantibus; capite cinereo vix virescente: tectricibus alarum majoribus apice flavis; remigibus primariis interne fusco-aeneis; tertiariis macula magna, albo-flava: subtus a gula usque ad crissum purpureo-violacea; ventre, tectricibus alarum et caudae inferioribus, cum pennis axillaribus, flavissimis.*

2. Columba **puella**, *Less. nec Schlegel.* (amarantha, *Selby.* - Carpophaga puella, *Gr.* - Megaloprepia puella, *Bp.*) *Knip, Pig.* II. *t.* 1. *ex Nova Guinea et Nova Hibernia. Similima* magnificae *sed valde minor: laete viridis; capite, cerviceque coeruleo-albidis, lateribus colli pectorisque virescentibus; tectricibus alarum superioribus maculis parvis rotundatis, remigibus tertiariis macula magna, flavis: subtus purpureo violacea; crisso, tibiis, et tectricibus alarum inferioribus flavissimis; tectricibus caudae inferioribus virescentibus.*

Quid Carpophaga assimilis, *Gould, in Jardine's Contr. Orn.* fig. nulla. *ex Nova Hollandia septentrionali. Simillima* praecedentibus *at statura inter eas media?*

*36. **Sylphitreron**, Verr. (Ptilinopus, part. *Gr.* - Carpophaga, part. *Auct.* - Megaloprepia, part. *Gr.*) Cauda brevissima! Ocean. 1.

Columba **perlata**, *Temm.* (Carpophaga perlata, *Bp. in litt.* - Ptilinopus! perlatus, *Gr.* - Megaloprepia perlata, *Bp. Coup d'oeil.*) *Pl. col.* 559. mas ad. - *Knip, Pig.* II. *t.* 21. - *Reich., Syst. Av. t.* 236. *f.* 1312. 1313. *ex Nova Guinea. Viridis; subtus dilute flavo-olivacea; tectricibus alarum maculis rotundis, roseis, perlatis; pileo flavo-virescente; cervice grisea, in gula albida confluente; jugulo, pectoreque viridi-aurantiis; tectricibus caudae inferioribus luteis viridi-centratis: rectricibus subtus cinereo-argenteis, apice pallidioribus: rostro nigro, apice, pedibusque flavis.*

FAMILIA 79. COLUMBIDAE.

Rostrum apice tantum corneum: caudae rectricibus 12. *Granivorae et germinivorae.* Cosmopolitae.

SUBFAMILIA 193. *LOPHOLAEMINAE.*

Arboreae. Majores. Cristatae. Mediae quasi inter Carpophaginas et Columbinas, sed rectricibus 12.

37. **Lopholaemus**, Gr. 1844. (Lophorhynchus, *Sw.* 1837. nec Erpetolog.) Austr. 1.

Columba ***antarctica***, *Shaw.* (dilopha, *Temm.* - Lophorhynchus dilophus, *Sw.* - Lopholaemus antarcticus, *Gr.*) *Zool. N. Holl. t.* 5. - *Pl. col.* 162. mas. - *Knip, Pig.* II. *t.* 19. - *Gould, Austr.* V. *t.* 61. - *Reich., Syst. Av. t.* 234. *f.* 1304. 1305. *ex Austr. m. or. Maximus; cinereo-ardesiacus; subtus et in fronte valde dilutior; plumis frontalibus elongatis setaceis incurvis; occipitalibus castaneis longissimis setaceis cristam constituentibus; cervice griseo ardesiaco cinereoque varia: remigibus nigricantibus: cauda nigra, basi et fascia ultra mediana griseis: rostro flavo; pedibus rubris.*

SUBFAMILIA 194. *COLUMBINAE.*

A. Palumbeae.

Pedes insidentes; tarso breviore magis plumoso, cauda longula, subrotundata. *Sylvaticae; in arboribus vitam degentes et nidificantes.* Orbis antiqui incolae.

38. **Palumbus,** Kaup. *ex Moehr.* 1752. (Columba, part. *Gr.*) Eur. As. Afr. 5.

1. Columba palumbus, *L.* (torquata, *Penn.* - Palumbus ***torquatus***, *Leach et Kaup. ex Aldrovand.* - P. torquatus antiquorum, *Will.*). *Aldrov. Orn.* II. *p.* 484. *t.* 481. - *Albin.* II. *t.* 46. *juv. hujus sp. nec* Col. aenas. - *Pl. enl.* 316. - *Storia degl. Uccelli. t.* 272. - *Frisch, t.* 138. - *Buff., Ois.* II. *p.* 531 *t.* 24. -

Brisson, Orn. t. 89. *f.* 1. - *Meyer and Wolf, Deutschl. Vögel.* v. *t.* 6. - *Meyer, Deutschl. Orn. p.* 488. - *Penn. Br. Zool. p.* 89. *t.* 0. - *Gould, Eur. t.* 243. - *Knip, Pig.* I. *t.* 2. *albin.* - *Selby, Nat. Libr. t.* 56. *f.* 1. - *Roux, Orn. Prov. t.* 248. - *Bouteill. Orn. Dauphin. t.* 40. *f.* 1. - *Reich., Syst. Av. t.* 220. *f.* 1241, 1242. *ex Eur. As. Afr. Cinereo-murinus; cervice viridi nitente, utrinque albo-notata; subtus cinereo-vinacea in pectore vividiore, in crisso valde dilutiore: alis immaculatis, spatio humerali externo late albo; remigibus nigricantibus externe albo-limbatis: rectricibus cinereis, tertio apicali nigro: rostro basi rubro tamquam pulverulento, apice flavido; pedibus rubris.*

Faemina *dilutior, colli macula remigumque margine angustioribus.*

Juvenis *sordide cinereo-brunneus, cervice opaca, lateribus macula destitutus.*

*2. ***P. casiotis***, *Bp.* (Palumbus torquatus var. ex Himal. *Blyth.*) *Cat. Calc. Mus. p.* 233. *ex Himal. s. occ. Tataria chinensi. Simillimus* praecedenti; *sed macula auriculari angusta, saepe obsoleta, griseo-cinnamomea* nec alba.

3. Columba ***pulchricollis***, *Hodgs.* (Palumbus pulchricollis, *Blyth.*) *Journ. As. Soc.* XIV. *p.* 866. - *Gould. B. of Asia* VI. *t.* 14. *ex Himal. or. Darjiling, Nepal et Sikim. Major et dilutior* P. elphinstoni, *cui similis. Fusco-ardesiacus; subtus fuliginoso-cinnamomeus; lateribus griseis; pileo genisque coeruleo-cinereis; gula albida; jugulo et colli lateribus aeneo-viridibus; cervice nigra, plumis apice late cinnamomeo-micantibus: rostro, apice flavido, pedibusque rubellis.*

4. Ptilinopus! ***elphinstoni***, *Sykes*, 1832. (Carpophaga elphinstoni, *Gr.* - Columba elphinstoni, *Fraser.* - Palumbus elphinstoni, *Blyth.*) *Proc. Zool. Soc.* 1832. *p.* 149. - *Zool. Typ. Aves, t.* 59. - *Jerd. Ill. Ind. Orn. t.* 48. - *Gould, B. of Asia* VI. *t.* 13. - *Reich., Syst. Av. t.* 222. *f.* 2580. *ex India, Dukun, Mont. Nilgherr. Plumbeo-griseus, collo pectoreque smaragdino-micantibus, interscapilio rufo-amethystino, uropygio albicante; nucha nigra, plumis apice albo: rostro, apice flavo, pedibusque rubris.*

5. Carpophaga! ***torringtoni***, *Layard.* (Columba elphinstoni ex Ceylan, *Auct.* - Palumbus torringtoni, *Bp.*) *Ann. and. Mag. Nat. Hist.* 1853. *ex Ceylan. Simillimus* praecedenti, *sed plumis dorsalibus margine concolore.*

39. **Dendrotreron**, Hodgs. (Alsocomus, part. *Blyth.* - Columba, *part. Gr.*) As. m. 1.

COLUMBA ***hodgsoni***, *Vig* (nepalensis, *Hodgs. nec Jerd.* - Alsocomus hodgsoni, *Blyth.*) *Proc. Zool. Soc.* 1832. *p.* 16. - *Journ. As. Soc. Bengal.* 1836. *p.* 122. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 222. *f.* 2578, 2579. *ex Himal. Darjiling. Fusco-vinacea, capite juguloque dilute cinereis; uropygio et tectricibus caudalibus infra supraque ardesiacis; subtus cum cervice et colli lateribus rufo-vinacea plumis omnibus, in pectore latissime, cinereo-marginatis, abdomine lateribusque cinereo tantum maculatis: remigibus fuscis, tribus primis albido-limbatis; tectricibus alarum mediis maculis albis distinctis; majoribus pure fuscis; externis cinerascentibus: rectricibus nigro-cinereis: rostro nigricante: orbitis nudis ex fusco-cinereo virescentibus: pedibus flavicantibus, antice nigro-virentibus; unguibus dilute flavis.*

Faem. *minor; capite plumbeo, dorso abdomineque minime vinaceis.*

40. **Alsocomus**, Tickell. (Dendrotreron, part. *Blyth.* - Carpophaga, *part. Gr.*) Rostrum parvum, compressum, torulosum: pedes digito medio longissimo, lateralibus subaequalibus: alae elongatae, amplae; remigum prima longior quam quinta, secunda quartam aequans; tertia omnium longissima, externe ultra medium sinuata: cauda aequalis, rectricibus laticulis. As. m. 1.

A. puniceus, *Tickell.* (Columba punicea, *Blyth.* - Carpophaga punicea, *Gr.*) *Journ. Asiat. Soc. Bengal.* XI. *p.* 462. *et* XII. *p.* 867. 878. - *Mus. Gesoriacens. et Mus. Paris.* a Leschenault de la Tour 1823. *ex India, Assam, Arracan, Tenasserim, Ceylan. Purpureo-castaneus, plumis dorsi et tectricibus alarum margine amethystino; cervice aeneo-viridi micante; pileo dilute plumbeo; orbitis rubris; subtus, cum genis et colli lateribus, cinnamomeo-ciocolatinus, gula, jugulo, cerviceque plumis apice roseis; pectore et interscapilio ex virescente purpureo-aeneis: tergo uropygioque obscure ardesiacis, plumarum marginibus splendentibus; remigibus, tectricibus caudalibus, rectricibusque nigro-ardesiacis unicoloribus: rostro pedibusque flavis.*

Statura Columbae aenadis.

*41. **Leucomelaena,** Bp. (Columba part. *Temm.* - Carpophaga *part. Gr.*) Ocean. 1.

Columba ***norfolciensis***, *Lath.* (leucomela, *Temm.* - leucomelana, *Wagl.* - Carpophaga leucomela, *Gould.* - Carp. norfolciensis, *Gr.* - Alsocomus leucomela, *Blyth.* - Myristicivora norfolciensis, *Reich.* - Leucomelaena norfolciensis, *Bp.*) *Pl. col.* 186. - *Knip, Pig.* II. *t.* 28. - *Gould, Austr.* V. *t.* 59. - *Reich., Syst. Av. t.* 229. *f.* 1280-1282. *ex Austr. or. mer. Alba; lateribus, tibiis, crissoque fuliginosis; dorso, uropygio, tectricibus caudalibus, alis caudaque nigricantibus, plumis interscapilii uropygiique margine aureo-purpurascentibus; tectricibus alarum margine viridi-chalybeo, caeteris opacis; rostro pedibusque flavis.*

42. **Janthaenas,** Reich. (Carpophaga et Columba, *part. Gr.*) As. or. Oc. 5.

1. Columba ***janthina***, *Temm.* (Carpophaga janthina, *Gr.* - Janthaenas janthina, *Reich.*) *Pl. col.* 503. - *Knip, Pig.* II. *t.* 16. - *Faun. Jap. Av. t.* 60. c. adult. - *Kittl. Kupf. Vög. t.* 5. *f.* 1. - *Reich., Syst. Av. t.* 231. *f.* 1289. *ex Japan. Nigro-ardesiaca, in dorso uropygio, sed praecipue pileo ceviceque aureo-violaceo micans; interscapilio viridi-aeneo: cauda rotundata: rostro fusco, apice flavido; pedibus aurantiis.*

2. Columba ***metallica***, *Temm. nec Vig.* (Carpophaga metallica, *Gr.* - Janthaenas metallica, *Reich.*) *Pl. col.* 565. - *Reich., Syst. Av. t.* 231. *f.* 1290. *ex Timor. Nigro-ardesiaca; subtus aeneo-ardesiaca; orbitis lorisque nudis rubellis; fronte, genis, gulaque cinereis; occipite et interscapilio saphirinis; collo undique dorsoque violaceo-purpurascentibus: rostro, apice flavo, pedibusque rubris.*

3. Columba ***vitiensis***, *Quoy et Gaim.* (Carpophaga vitiensis, *Gr.* - Janthaenas vitiensis, *Reich.*) *Voy. Astrolab. t.* 28. mas. - *Reich., Syst. Av. t.* 231. *f.* 1288. *ex Ins. Viti. Nigro-ardesiaca, plumis dorsi margine purpureo-aeneo: capite haud striato, collo, pectore, abdomine, crisso,* minime tectricibus, nec lateribus, *purpureo-castaneis; cervice cupreo-violacea; gula alba: rostro flavo; pedibus rubris.*

*4. Carpophaga albigularis, *Temm. nec Gr.* (***Janthaenas halmaheira***, *Bp.*) *Mus. Lugdun.* 1849. *ex Ins. Gilolo, Ceram. Aeneo-viridis; subtus violacea: capite striato; gula alba; dorso, abdomineque atro-purpureis, plumarum marginibus virescentibus: alis caudaque nigricantibus.*

5. COLUMBA ***castaneiceps***, *Peale*, *Unit. Stat. Expl. Exped.* VIII. *p.* 187. *t.* 50. *ex Upolu, Ins. Samoens. Cyaneo-grisea; subtus griseo-alba; pileo castaneo; gula genisque latissime albis; colli dorsique plumis aureo-viridibus purpureo-micantibus; pectore subpurpurascente: alis caudaque nigricantibus; remigum tertia omnium longissima: rectricibus subaequalibus apice rotundatis: rostro, palpebris, pedibusque sanguineis.*

6. COLUMBA ***kittlitzi***, *Temm.* (metallica, *Vig. nec Temm.* - versicolor, *Kittlitz, nec Lafresn.*) *Pl. col. in textu. t.* 578. - *Beechey, Voy. Zool. p.* 15. - *Kittlitz, Voy. t.* 5. *f.* 2. - *Mus. Petropolit. et Francofurtens.* a Kittlitzo. *ex Ins. Bonin. Major (Long.* 16 *poll.); aeneo-purpurea, plumarum marginibus aureo-viridibus; capite, collo, pectoreque pallidioribus cyaneo-vinaceis, nitore purpureo; nucha aureo-grisea; abdomine ardesiaco: alis caudaque fusco-plumbeis, tectricibus alarum minoribus, scapularibusque ex virescente aureo-violaceo marginatis: rostro corneo, apice, pedibusque rubris.*

* 43. **Trocaza**, Bp. (Columba et Carpophaga! *Gr.*) Remex prima brevior quam quinta; tertia omnium longissima; rectrices acuminatae. Magnitudo PALUMBORUM. Africa. 2.

1. COLUMBA TROCAZ, ***Heineken***. (laurivora, *Webb et Berth.* - Palumbus trocaza, *Bp. in litteris.* - Trocaza laurivora, *Bp.*) *Brewster, Journ. of Scienc.* - *Ois. de Madère, Voy. Canar.* t. 3, mas. et faem. - *Knip. Pig.* II. *t.* 43. - *Jard. et Selby, Illustr. Orn. t.* 98. - *Reich., Syst. Av. t.* 225. *f.* 1263, 1264. *ex Ins. Madeira. Fusco-plumbea subrufescens; subtus cupreo-vinacea: cervice et colli lateribus aeneo-viridibus purpureo-micantibus; crisso plumbeo: cauda fuliginosa, fascia latissima terminali albida, subtus magis conspicua.*

2. COLUMBA ***meyeri***, *Marchal.* (Carpophaga *hinc* Columba meyeri, *Gr.* - Trocaza meyeri, *Bp.*) *Knip, Pig.* II. *t.* 60. - *Mus. Paris. ex Ins. Mauritia, Madagascar? Dilute cinnamomeo-isabellina, subtus et in cervice rufescens, in tergo cinerascens; alis et interscapilio ciocolatinis: cauda cinnamomeo-rufescente: rostro pedibusque rubris.*

* 43. **Turturaena**, Bp. (Turtur, *part. Gr.*) Remiges 1ª et 2ª omnium longissimae: rectrices latissimae, rotundatae. Magnitudo TURTURINARUM. Afr. 2.

1. COLUMBA ***delegorguii***, *Delegorgue.* (johannae,

2. Columba **bronzina**, *Rüpp.* (Peristera bronzina, *Gr.* - Aplopelia bronzina, *Bp.*) *Faun. Abyss. t.* 23. *f.* 1. - *Reich., Syst. Av. t.* 258. *f.* 1440. *ex Abyssinia. Majuscula: fusco-violacea; subtus cum occipite et cervice fulvo-castanea; sincipite gulaque albidis; jugulo pectoreque aeneo-purpurascentibus; inter-*

scapilio violaceo-purpurascente: remigibus fulginosis; rectricibus lateralibus nigris, apice latissime, supra griseis, subtus argenteis.

3. TURTUR ***simplex***, *Hartl.* (Aplopelia simplex, *Bp.*) *Rev. Zool. et Mag.* 1849. *p.* 497. - *Beitrag zur Orn. West. Afr.* 1850. *p.* 55. *sp.* 382. *t.* 10. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 266. *f.* 2872, 2873. *ex Ins. S^{ti} Thomae Afr. occ. Brunneo-olivascens; subtus valde dilutior, brunneo-flavescens: sincipite dilute cano; nucha, collo toto, et interscapilio smaragdino-purpurascente; gula, abdomine medio, crissoque albis: tectricibus alarum nigro-maculatis; inferioribus fuscis; remigibus primariis albo-limbatis: cauda rotundata; rectricibus mediis dorso concoloribus; lateralibus apice cinereis; omnibus subtus apice latissime albis: rostro nigro; pedibus rubentibus.*

58. **Tympanistria**, Reich. (Peristera, part. *Gr.*) Remigum prima omnium brevissima, apice angustato-lesiniformi. Afr. occ. et m. 2.

1. COLUMBA TYMPANISTRIA, *Temm.* (Peristera tympanistria, *Gr.* - ***Tympanistria bicolor***, *Reich.*) *Levaill. Afr.* VI. *t.* 272. - *Knip. Pig.* I. *t.* 36. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 258. *f.* 1435. *ex Afr. m. prov. Antoniquoi. Terreo-fusca; uropygio fusco-cinereo nigricante-bifasciato; subtus et in fronte vittisque superciliaribus alba: remigibus interne rufis, tertiariis maculis paucis coeruleo-nigris: rectricibus sex intermediis fusco-rufis, sequente utrinque basi cinerea, apice nigra, extimis duabus utrinque cinereis, fascia lata subterminali nigra.*
Faemina: *subtus spurce albida.*

2? COLUMBA TYMPANISTRIA, *Fraser.* (Peristera tympanistria, *Hartl.* - Tympanistria ***fraseri***, *Bp.*) *Proc. Zool. Soc.* 1843. *p.* 51. - *Hartl.*, *Fauna und Gaä West. Afr.* 1850. *p.* 37. *sp.* 383. *ex Afr. occ. Ins. Fernando Po. Brunnea, subtus cum sincipite in superciliis hinc inde protracte alba; uropygio cinereo-fusco, fasciis duabus nigricantibus: remigibus interne rufis; tertiariis maculis nigro-coeruleis ornatis: rectricum intermediis* 6 *fusco-rufis, extimis utrinque binis basi et apice cinereis, fascia subapicali nigricante: rostro nigricante; pedibus rubentibus.*

59. **Chalcopelia**, Bp. 1854. (Peristera, part. *Boie* 1837. *Hartl.* 1854. *nec Sw.* 1827.) Remiges conformes: cauda mediocris truncata. As. Afr. Oc. 3.

1. COLUMBA ***afra***, *L.* (chalcospilos var. *Wagl.* - Turtur senegalensis, *Briss.* - chalcospilos, *Sw.* - Peristera

chalcospilos, *Rüpp. Hartl. Licht.* - Per. afra, *Gr.* - Chalcopelia afra, *Bp.*) *Pl. enl.* 160. - *Knip, Pig.* I. *t.* 38. - *Briss., Orn.* I. *t.* 10. *f.* I. - *Sw. B. West. Afr.* II. *p.* 210. - *Rüpp. Syst. Vög. N. Oest. Afr. t.* 38. fig. opt. *ex Afr. occ. Gambia, Senegal; et or. Abyssinia, Nilo albo. Similis* sequenti; *sed dilutior, maculis alarum crebrioribus amethystinis,* nec smaragdinis.

Cinnamomeo-brunnea; fronte albida, pileo griseo, tergo spurce isabellino fasciis duabus et tectricum caudae apicibus nigricantibus; subtus violaceo-cana; gula, abdomine crissoque albidis; tectricibus caudae inferioribus nigris, extus albicantibus: tectricibus alarum exterioribus griseo-cinnamomeis, internis scapularibusque macula ovali magna chalybeo-amethystina ornatis; inferioribus, et remigibus margine externo apiceque fuscis, rufo-cinnamomeis: cauda longula fere cuneata; rectricibus latissimis, mediis elongatis dorso concoloribus fasciis obsoletis et apice nigris; lateralibus griseis, fascia subterminali nigra, apice ipso pallido; extima utrinque extus ad basin apiceque candido: rostro, pedibusque obscuris.

Juv. *minor: cinerascens; fasciis dorsalibus obsoletis; pectore griseo-vinaceo; abdomine albo; maculis amethystinis binis tantum; remigum prima, basi etiam, omnino rufa: rectricibus minus latis.*

2. Columba afra, var. *Temm.* (***chalcospilos,*** *Wagl.* - Peristera afra, *Licht.* - chalcospilos, *Gr. nec Rüpp.*) *Levaill. Afr.* VI. *t.* 271. - *Knip, Pig.* I. *t.* 39. - *Reich., Syst. Av. t.* 257. *f.* 1427, 1428. *ex Afr. m.* nec Abyssinia. *Majuscula: cinereo-brunnea, tergo pallidiore fascia duplici, et tectricibus caudae superioribus apice nigris: subtus roseo-vinacea, vix in gula crissoque albicans: pileo obscure plumbeo, in fronte albicante; tectricibus caudae inferioribus nigris: tectricibus alarum mediis et scapularibus maculis magnis aureo-smaragdinis: remigibus rufo-cinnamomeis, pogonio externo, primae etiam, et apice nigris: cauda brevi, rotundata; rectricibus mediis latissimis, dorso concoloribus, apice nigricantibus; lateralibus cinereis; fascia terminali lata nigra; extima utrinque apice ipso fusco-cinereo et pogonio externo basi albo-coeruleo; omnibus subtus nigris unicoloribus*

3. Columba ***puella,*** *Schleg. nec Less.* hinc pulchella! *nec Temm.* (Peristera puella, *Schleg.* - Chalcopelia puella, *Bp.*) *Mémoire sur une nouvelle espèce de Colombe de la Côte de Guinée.* fig. opt. - *Amstelodam. Bijdrag. tot de dierkunde.* I. *p.* 17. cum fig. pulcherrima 1848. -

Hartl., Beitrag Orn. West. Afr. 1850. *p.* 37. *sp.* 385. - *Reich., Syst. Av. t.* 245. *f.* 2593. *Mus. Lugdun.* a Pelo. *ex Afr. occ. Costa aurea, Ashantea. Intense rufa; capite colloque laete griseis; loris nigris: tectricibus majoribus macula magna viridi-aenea: cauda rotundata; rectricibus mediis dorso concoloribus; tribus utrinque extimis cinereis latissime ad basim, apicem versus macula magna nigra ocellatis: rostro nigro.*

60. **Oena,** Selby, 1837. *nec Vieill.* (Turtur part. *Br.*) Cauda longissima, gradata. Africa. 1.

Columba ***capensis,*** *L.* (atrigularis, *Wagl.* - ocellata? *P. Wurtemb.* juv. ex Sennaar. - Turtur capitis bonae spei, *Briss.* faem. - Oena capensis, *Selby.*) *Pl. enl.* 140. mas. ad. - *Pl. col.* 341. *f.* 2. juv. - *Levaill. Afr.* vi. *t.* 273, 274. - *Knip, Pig.* i. *t.* 53. mas. 54. faem. - *Reich., Syst. Av. t.* 250. *f.* 1390. mas. ad. 1391. faem. 1392. juv. *ex Afr. m. or. occ. Madag. Abyssin. Cap. b. Spei, Senegal, Guinea. Cinereo-fusca, subtus alba; facie guttureque late nigerrimis; occipite, genis, colli lateribus, tectricibusque alarum mediis coeruleo-canis; tergo, fascia albida et nigricante; remigibus rufis; scapularibus, tectricibusque corpore proximioribus extus macula nigro-violacea ornatis: cauda longissima cuneata nigra: rostro, pedibusque flavis.*

Faemina: *fronte juguloque albidis; cauda rufa.*

Juvenis: *rufo-cinereus, subtus et in fronte albida, plumis omnibus nigro-marginatis; rectricibus lateralibus nigricantibus, apice albis.*

Quid Columba ***hottentota,*** *Temm.* (gularis, *Wagl.* nec Quoy et Gaim. - Chamaepelia hottentota, *Gr.* ex Colombicaille, *Levaill.*) *Ois. Afr.* vi. *t.* 283. - *Knip, Pig.* i. *Colombigall. t.* 15. - *Reich., Syst. Av. t.* 256. *f.* 1421. *ex Afr. mer. Rubens; subtus cinerea tamquam squamata; sincipite gulaque nigro-cincta candidis* ex qua Genus *Coturnicoenas O. des Murs,* 1854?

SUBFAMILIA 196. *ZENAIDINAE.*

A. Starnoenadeae.

Corpus torosum: alae breves: pedes valde explicati, longi, robusti. Analogiam cum Phapinas, Gouridas et GALLINAS praebent.

61. **Starnoenas,** Bp. 1838. (nec Sturnoenas - Columbiperdix, *Levaill.*) Am. Antill. 1.

Columba ***cyanocephala,*** *L.* (tetraoides, *Gm. ex Scop.* - Turtur jamaicensis, *Briss.* - Starnoenas cya-

nocephala, *Bp.*) *Pl. enl.* 174. - *Albin.* II. *t.* 49. - *Briss. Orn. t.* 13. *f.* 1. - *Jacquin, Beytr. t.* 17. - *Levaill., Afr. t.* 281. - *Knip, Pig.* I. *Columbigall. t.* 3. - *Vieill. Enc. Méthod.* I. *t.* 74. *f.* 3. - *Audub. Amer. t.* 173. *f.* 1. mas. 3. faem. - *Id.* 8° *ed.* V. *p.* 23. *t.* 284. *f.* 1, 2. - *Reich., Syst. Av. t.* 266. *f.* 2879, 2881. *et t.* 257. *f.* 1431. *ex Antillis, Jamaica, Cuba, Ins. Baham. Florida. Fusco-vinacea; subtus ex vinaceo rufescens; pileo, colliqne lateribus coeruleis; gula, pectoreque albo-circumscripto, nigris; vitta suboculari alba: rostro, apice nigricante, pedibusque rubris.*

62. **Geotrygon,** Gosse, 1850. (Geophilus part. *Selby.* - Oreopeleia, *Reich.* 1851.) Pedes robustissimi: alae breves, remigibus omnibus latis. Am. calid. 9.

a. GEOTRYGON, *Reich.* Majores: cauda longiore.

1. COLUMBA **cristata,** *Temm.* exclusa patria, *nec Gm.* quae ad Ord. GALLINARUM spectat. (versicolor, *Lafresn.* 1846. *nec Kittlitz. Vög. t.* 5. *f.* 2. quae Carpophaga kittlitzi. - sylvatica, *Gosse, nec Tickell.* - C. sylvatica major nigro-coerulescens, *Brown, Jamaica p.* 468. - Peristera versicolor, *Auct.* - P. cristata, *Gr.* - P. sylvatica, *Angl.* - Columbi-gallina versicolor, *Lafresn.* - Geophaps! versicolor, *O. des Murs.* - Geotrygon sylvatica, *Goss.* - Geotrygon cristata, *Bp.*) *Knip, Pig.* II. *t.* 9. - *Pl. p. t.* 47. - *B. of. Jam. p.* 316. *Illustr. t.* 84. - *Reich., Syst. Av. t.* 227. *f.* 2482, 2483. *ex montosis Ins. Jamaicae. Subcristata, sincipite fuliginoso-griseo; nucha sensim dilutiore; genis, gulaque cinnamomeis; cervice purpurascente-viridi; interscapilio late rufescente in medio coerulante; tergo, uropygio, alis, caudaque viridi-nigricantibus, alarum tectricibus purpureo-violaceis; remigibus rufis; rectricibus aeneo-viridibus, primariis rachide apiceque nigris: tectricibus alarum inferioribus, tibiis, ventre, tectricibusque caudalibus castaneis.*

2. COLUMBA **melancholica,** *Tschudi.* (Starnoenas melancholica, *Auct.* - Leptoptila melancholica, *Bp.*) *Fauna Peruana, Orn. p.* 277. *sp.* 3. - *Gr. et Mitch. Gen. B.* II. *p.* 479. Figura nulla. *ex Peru. Rufo-fusca: pileo fusco-violaceo; fronte facieque helvolis: subtus albo-rufescens; gula albicante; pectore griseo-violaceo: tectricibus alarum violaceo-ferrugineis, majoribus macula apicali rufescente; inferioribus helvolis; remigibus*

ardesiacis, externe et apice dilute ferrugineo-marginatis: rectricibus fusco-ferrugineis: rostro flavo, mandibulae basi coerulea: pedibus flavescentibus.

*3. ***G. bourcieri**, *Bp. Mus. Paris.* a Bourciero 1851. *ex valle Lloa* uti Coassus rufinus, *Pucheran*, *Reipublicae Equatoris. Similis* praecedenti *sed etiam major: pileo griseo, fronte subrosea; cervice et interscapilio* minime virescentibus.

Ex toto purpureo-violacea; interscapilio aureo-amethystino; subtus griseo-olivascens minime rufescens: *remigibus infra supraque ardesiacis: cauda brevissima unicolore.*

4. Columba ***mystacea***, *Temm.* (Peristera mystacea, *Gr.* - Geotrygon mystacea, *Bp.*) *Knip, Pig.* I. *t.* 56. *Reich., Syst. Av. t.* 257. b. *f.* 3382. - *Mus. Paris.* a Bonnecourt *ex Ins. Sta Lucia* 1846 *ex Bogota. Major: ex olivaceo cupreo-brunnea; pileo rufo-ciocolatino; cervice et colli lateribus viridi-micantibus, interscapilio aureo-amethystino; vitta latissima sub-oculari, gulaque albis; pectore late vinaceo; abdomine cinereo-rufescente sensim in tectricibus caudae albicante: alis subtus vivide castaneis; remigibus, ala spuria, rectricibusque, mediis exceptis, purpureo-castaneis: rostro apice flavo; orbitis, pedibusque rubidis.*

* Pullus *ciocolatinus; subtus griseo-fuscus, plumis singulis macula apicali rufo-castanea.*

5. Columba ***frenata***, *Tschudi*, *nec Temm.* (Peristera frenata, *Gr.* - Starnoenas! frenata, *Licht.*) *Fauna Peruan. Orn. t.* 28. - *Wiegm., Arch.* 1843. I. *p.* 386. - *Knip, Pig.* II. *t.* 55. - *Reich., Syst. Av. t.* 257. *f.* 1433. *ex Peru. Rufo-olivacea; subtus griseo-testacea, obsolete vermiculata; pileo rufo-olivaceo antice dilutiore; gula alba; cervice, genis, pectoreque fusco-griseis, linea nigra hinc inde uti frenum posita; macula auriculari oblongo-fufca; interscapilio late purpureo-amethystino: remigibus nigricantibus, subtus cinereis: tectricibus caudaque magis rufescentibus: rostro nigro; pedibus nigris.*

6. Columbigallina ***linearis***, *Flor. Prev.* (Peristera linearis, *Gr.* - Geotrygon linearis, *Bp.*) *Knip, Pig.* II. *t.* 55. - *Mus. Paris. ex Sta Fé de Bogota* in sylvis Antium declivitatis orient. *Am. m. Rufa; subtus albida immaculata: pileo rufo-cinnamomea; cervice, genis, pectoreque griseis; gula alba; linea nigra hinc inde uti frenum posita; macula auriculari nulla; interscapilio violaceo micante: remigibus nigricantibus, subtus cinoreis; tectricibus caudaque magis rufescentibus: rostro nigro; pedibus rubris.*

b. Oreopeleia, *Reich.* 1851. Minores: cauda brevi.

7. Columba **montana**, *L.* (martinica, *Temm. nec L.* - C. rufa cayanensis? *Briss.* - Geotrygon montana, *Gosse.* - Peristera! montana, *Gr.* - Perdix montana, *Brown.*) *Sloan, Jamaica* II. *p.* 304. *t.* 261. *f.* 1. - *Edw. Av.* II. *t.* 119. - *Pl. enl.* 162. - *Knip, Pig.* I. *Columbigall. t.* 5. - *Briss. Orn.* I. *t.* 17. *f.* 1. - *Levaill. Afr.* V. *t.* 282. - *Audub. Amer. B. t.* 167. - *Id.* 8°. *edit.* V. *p.* 14. *t.* 282. *f.* 12. - *Reich., Syst. Av. t.* 266. *f.* 2882, 2883. *ex Brasil, Parag. Purpureo-castanea, capite dorsoque violaceo-micantibus: subtus luride cinnamomea, gula et colli lateribus albicantibus: macula utrinque sub-auriculari violaceo-castanea; pectore sordide vinaceo-purpurascente; uropygio cinereo: tectricibus alarum remigibusque fusco-castaneis: cauda brevi; rectricibus rufo-castaneis unicoloribus; subtus cinnamomeis: rostro fusco; pedibus rubris.*

Juvenis: *fusco-olivacea splendens, plumis apice subcastaneis: cauda nigricante, rectrice extima macula interne castanea, apice alba.*

8. Columba **violacea**, *Temm.* (Peristera violacea, *Gr.* - Leptoptila violacea, *Reich.* - Geotrygon violacea, *Bp.*) *Knip, Pig.* I. *t.* 29. - *Reich., Syst. Av. t.* 267. b. *f.* 3386. fig. pessima. *Mus. Paris.* a Beauperthuy 1840 *ex Am. m. Brasil. Brunneo-castanea; subtus albida: fronte gulaque albidis, genis inferne helvolis; vertice coeruleo-griseo; nucha, cervice, colli lateribus et interscapilio cupreo-amethystinis; pectore latissime vinaceo: remigibus intus, cum tectricibus alarum inferioribus, cinnamomeo-castaneis: cauda elongata; rectricibus omnibus rubro-castaneis, unicoloribus.*

Juv. *fusco-olivacea sine nitore: rectricibus lateralibus ultra medium nigricantibus, apice albo.*

9. Columba **martinica**, *L.* (martinica, *Gm.* excl. var. *β.* quae Zenaida martinicana, *Bp.* - Columbigallina montana, *Temm. an Wagler? nec Auct.* - Columba violacea martinicana, *Briss.* - cuprea? *Wagl. ex Auct. nec Jerd.* quae Ducula insignis. - mystacea? *Lambeje, nec Temm.* - Geotrygon chrysia, *Bp.* in litt.) *Briss. Orn.* I. *p.* 29. *t.* 12. *f.* 1. - *Knip, Pig.* I. *Columbigall. t.* 4. - *Reich., Syst. Av. t.* 257. *f.* 1432. errore 1431. *ex Martinica, Bermudis, Florida merid. Similis* G. violaceae; *sed major; supra ex toto aureo-purpurascens aut potius splendide amethystina; genis*

albidis tamquam bifrenatis; occipite viridi-aeneo, sicut in Chloraenade rufina; *vitta suboculari alba; gutture pectoreque carneo-vinaceis; abdomine tectricibusque caudae inferioribus griseo-cinnamomeis.*

63. **Osculatia**, Bp. Rostrum parvum: pedes elongati, robustissimi: alae breves; remigum prima a basi angusta, falciformi: cauda brevis, aequalis: statura parva. Am. m. 1.

GEOTRYGON ***saphirina***, *Bp.* (hinc Osculatia saphirina.) *Mus. Paris.* ab Osculato 1853. *ex Rio Napo. Hurpi-juvack!* Figura nulla. *Brunneo-purpurascens, dorso splendide violaceo, uropygio pulchre cyaneo: subtus alba, crisso, femoribus, lateribusque sordide rufescentibus: fronte alba, vertice plumbeo, nucham versus sensim fuscescente; macula magna suboculari nigra: collare dimidiato fusco-purpurascente: remigibus fuliginosis; rectricibus brevibus, fuliginosis, apice griseis; extima macula externa alba.*

B. PERISTEREAE.

Remigum prima apice angusto lesiniformi.

64. **Leptoptila**, Sw. 1837. (Peristera, part. *Gr.*) Torosae. Splendentes: maculis alarum metallicis nullis. Am. m. 6.

1. COLUMBA ***jamaicensis***, *L.* (Peristera jamaicencis, *Gr.* - Leptoptila jamaicensis, *Bp.*) *Sloane, Hist. Jam.* II. *p.* 303. *t.* 262. *f.* 1. *ex Antillis. Minor: olivaceo-brunnea; subtus alba, pectore subcarneo; fronte albida, vertice cyaneo-ardesiaco, nucha fuscescente; collo purpureo-virescente: remigibus primariis albo limbatis, interne ad basin, tectricibusque inferioribus castaneis: rectricibus lateralibus nigricantibus, apice albis.*

* 2. ***L. verreauxi***, *Bp. Coll. Bp. ex Nova Granata. Similis* praecedenti, *sed etiam minor et valde pallidior.*
Cinnamomeo-olivacea, cervice et interscapilio aeneo-virescentibus; subtus alba; jugulo intentius, pectore, lateribusque dilutius, roseo-vinaceis; sincipite genisque cano-rosaceis: alarum margine nigro; tectricibus inferioribus remigibusque intus rufis, externe et apice latissime nigricantibus; prima apice angustissimo, praelongo: rectricibus lateralibus nigricantibus, apice late albis.

3. COLUMBA JAMAICENCIS, *Temm. Index*, *nec L.* (***rufaxilla,*** *Rich. et Bern.* - frontalis, *Temm.* - Peristera rufaxilla, *Gr.* - Per. jamaicensis, *Licht.* - Leptop-

tila rufaxilla, *Bp.*) *Cat. Ois. Cayenn. in Act. Soc. Hist. Nat. Paris.* I. *p.* 118. *sp.* 74. - *Azara*, *Parag. sp.* 320. - *Knip*, *Pig.* I. *Columbigallin. t.* 10. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 258. *f.* 1436, 1437. *ex Am. m. Gujana, Bras. Parag. Similis* jamaicensi; *sed major, et digitis, valde elongatis. Rufo-olivacea, uropygio subvirescente; subtus roseo-vinacea, mento, ventre, tectricibusque caudae inferioribus albis: pileo cinereo, in fronte albicante, in nucha purpurascente; genis griseo-flavidis; cervice et interscapilio aureo-violaceis: remigibus fuscis, prima apice lesiniformi unciali, externe rufo-limbatis, interne late, cum tectricibus inferioribus et pennis axillaribus, castaneo-cinnamomeis: cauda rotundata; rectricibus mediis brunneo-olivaceis; lateralibus nigris, apice candidis.*

4. Columba **erythrothorax**, *Temm. nec Meyen* quae Columbula. (Peristera erythrothorax, *Gr. nec Reich.* quae Chalcopelia larvata. - Leptoptila erythrothorax, *Bp.*) *Knip, Pig.* I. *Columbigall. t.* 7. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 257. b. *f.* 3385. *nec t.* 258. *f.* 1434. quae sp. africana Chalcopeliae. *ex Surinam. Cayenna. Olivaceo-ciocolatina; subtus intense ferrugina jugulo in vinaceum; vergens, in medio cum crisso et tectricibus caudae inferioribus albido fuscoque variis; abdomine lateribus late fusco-castaneis: sincipite, loris, gulaque albo-caeruleis; cervice subpurpurascente aureo-viridi: remigibus fuscis albido-limbatis: prima apice parum angustato brevi: rectricibus lateralibus nigricantibus apice albidis; omnibus subtus nigris apice albicantibus.*

Faem. *subtus praecipue pallidior.*

5. Peristera **albifrons**, *Gr.* (olim mexicana. - Leptoptila albifrons, *Bp.*) *List. spec. Br. Mus. p.* 15. - *Mus. Paris.* a Verrauxio, *ex Mexico, Ins. Cuba. Brunneo-olivacea sericea; cervice cupreo-purpurascente; nucha grisea; subtus ex toto cum sincipite candida; jugulo subvinaceo: alis subtus cinnamomeis: cauda longula subrotundata; rectricibus lateralibus ardesiacis, apicem versus nigricantibus, apice ipso albis.*

Juvenis a Plée 1826. *ex Columbia* et Barrot, *ex Carthagena. In badium vergens, fronte roseo-grisea; subtus roseo-vinacea, postice tantum alba.*

*6. **Lept. dubusi**, *Bp. Mus. Par.* ab Osculato 1853. *ex Rio Napo. Olivaceo-purpurascens; subtus pallide vinacea; fronte albida; occipite cerviceque griseo-vinaceis: tectricibus alarum inferioribus vivide castaneis: rectricibus lateralibus nigris, apice albis.*

65. **Peristera**, *Sw.* 1827. *Selby.* 1835. *nec Boie.* Castigatae. Opacae, sed alarum maculis metallicis ornatae. Turturaceae! Am. m. 2.

1. Columba ***cinerea***, *Temm. nec Scopoli.* (Peristera cinerea, *Sw.* - P. ustulata, *Mus. Berol.* faem.) *Pl. col.* 260. juv. - *Knip*, *Pig.* I. *t.* 58. mas. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 256. *f.* 1425. mas. 1426. faem. *ex Brasil. Minor: cinereo-grisea, sincipite, genis, gula, abdomineque albicantibus: interscapilio, alis, caudaque obscurioribus; tectricibus alarum maculis superioribus parvis, rotundatis, inferioribus quadratis, nigro-cyaneis: cauda elongata, subaequali; rectricibus lateralibus fere a basi nigris: rostro flavo; pedibus rubris.*

Faem. *fusco-rufa; subtus albida, pectore lateribusque fusco-rufescentibus: maculis alaribus purpurascentibus: rectricibus mediis rufis, lateralibus nigricantibus.*

2. Columba ***geoffroyi***, *Temm.* (godefrida! - Peristera geoffroyi, *Sw.* - P. trifasciata, *Reich.* faem. - Leptoptila geoffroyi, *Bp.*) *Knip*, *Pig.* I. *t.* 57. mas. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 257. *f.* 1430. *et t.* 26. b. *f.* 2870, 2871. *ex Am. m. Brasil. Majuscula: cinereo-perlacea, gula abdomineque albis: alis, maculis purpureo-cyaneis, interne nigris, tribus magnis castaneo-violaceis: cauda rotundata; rectricibus lateralibus maxima ex parte albis: rostro nigro; pedibus rubris.*

Faem. *fusco-rufa; subtus dilutior: alis maculis fascialibus tribus obscure-purpurascentibus.*

C. Chamaepelieae.

Parvae. Cauda brevis, rotundata.

*66. **Metriopelia**, Bp. (Columbina, Zenaida et Chamaepelia part. *Gr.*) Rostrum gracillimum, subincurvum, nigrum; orbitae nudae: pedes debiles: alae elongatae, rotundatae; remigibus acutis, prima quintam aequante, secunda et tertia longissimis: cauda subaequalis, rectricibus latis. Am. m. 5.

1. Columba ***melanoptera***, *Gm.* ex Molina, *nec Temm.* (boliviana, *Orb.* - innotata, *Hartl.* - Zenaida! innotata, *Hartl.* - Columbina melanoptera *ex Molina*, *Gr.* et Peristera! boliviana *ex Orb. Gr.* - Columbula boliviana in litteris, hinc Metriopelia melanoptera, *Bp.*) *Molina St. Nat. Chili. p.* 308. - *Lafresn. Mag. Zool.* 1836. *Ois. t.* 75. - *Knip*, *Pig.* II. *t.* 22. - *Hartl. Rev. Zool.* 1851. *p.* 74. - *Id. Bericht. Vög. Sudl.*

Philipp. p. 5. sp. 114. - *Jard. Contr. Orn.* III. 1845. *Orn. of Quito.* - *Reich., Syst. Av. t.* 373. b. *f.* 3375, 3376. *ex Chili, Peru, Bolivia, in Antibus altissimis. Brunneo-cinerea, subtus cinereo-subvinacea, undique sericeo-immaculata; mento albido; tectricibus caudae inferioribus nigris: alis elongatis; remigibus fuscis acuticulis, margine externo sinuato; prima interne sinuata longiore quam quarta; fascia humerali infra supraque candida, caeteris tectricibus inferioribus, pennisque axillaribus nigricantibus; tectricibus superioribus externis canescentibus: cauda undique nigerrima.*

2. Columba ***aymara***, *Orb.* (Chamaepelia aymara, *Gr.* - Metriopelia aymara, *Bp.*) *Knip, Pig.* II. *t.* 32. *ex Bolivia. Cinnamomeo-grisea, sericea; gula abdomineque albicantibus, pectore lateribusque roseo-vinaceis: tectricibus alarum mediis pogonio externo aureo maculam fulgentem simul constituentibus; inferioribus nigris; remigibus fuscis, extus ad basin nigris; scapularibus macula externa nigro-violacea: tectricibus caudae inferioribus nigris, superioribus longissimis caudam nigram ex toto tegentibus: rostro parvo nigro; pedibus flavis.*

3. Chamaepelia ***anais***, *Less.* (gymnops, *Gr.*) *Mus. Brit.* 1854.) *Echo du Monde Savant* 1845. *p.* 8. - *Id. Descr. Quadr. etc.* 1850. *p.* 210. *sp.* 39. *ex Peru, Bolivia. Brunnea, subtus albido-brunnescens: orbitis denudatis caruncúlatis flavis: capistro gulaque albis; pectore griseo-vinaceo: tectricibus alarum apice albo; inferioribus nigricantibus; remigibus nigris albo-limbatis: cauda nigra, rectricibus mediis dorso concoloribus, quatuor utrinque extimis apice magis magisque albo, extima utrinque maxima ex parte alba (pogonio externo etiam albo-marginato.). Long.* $6^3/_4$ *poll. Alar.* $3^1/_2$ *poll.*

*4. Columbina ***inornata***, *Gr.* (Metriopelia inornata, *Bp.*) *Mus. Brit. ex Brasil. Brunneo-cinerea, dorsi plumis, tectricibusque alarum secus medium nigro-signatis; subtus griseo-vinacea, crisso albo: margine alarum exteriore griseo: rectricibus tribus utrinque extimis nigris, apice albis: rostro nigro; pedibus pallidis. Long.* $9^1/_4$ *poll. Alar. vix* 5 *poll.*

5. Zenaida? ***plumbea***, *Goss.* (Metriopelia plumbea, *Bp.*) *Ill. Birds of Jamaica t.* 85. - *Reich., Syst. Av. t.* 245. *f.* 2590. *ex Ins. Jamaica. Plumbeo-cinerea, unicolor; alis longissimis, remigibus, tectricibus alarum majoribus, rectricibusque lateralibus nigris; primariis limbo tenui, tectricibus margine, rectricibus apice late, albis: rostro tenuissimo nigro: pedibus gracilibus, rubellis.*

67. **Chamaepelia**, Sw. Tarsi undique nudi: tectrices alarum inferiores rufae. Am. 6.

* *Pectore nigro undulato.*

1. Columba ***passerina***, *L.* (minuta, *L.* juv. - Turtur parvus americanus, *Briss.* adult. - Turtur parvus fuscus americanus, *Briss.* juv. - Turtur minimus guttatus, *Catesb.* - Chamaepelia passerina, *Sw.*) *Pl. enl.* 243. *f.* 1. *Quid fig.* 2? - *Catesby, Carolina* I. *t.* 26. - *Briss. Orn.* I. *t.* 9. *f.* 1. adult. *t.* 8. *f.* 2. juv. - *Knip, Pig.* I. *Columbigall. t.* 13. adult. *t.* 14. juv. - *Vieill. Enc.* I. *t.* 81. *f.* 2. - *Wils. Am. Orn.* VI. *t.* 46. *f.* 2, 3. - *Audub. Amer. Orn. t.* 182. - *Id.* 8. *edit.* V. *p.* 19. *t.* 283. *f.* 1, 2, 3. mas. 4. faem. 5. juv. - *Reich., Syst. Av. t.* 266. *f.* 2875, 2876. *t.* 256. *f.* 1419, 1420. *ex America sept. et Antillis; Jamaica, Hispaniola, Florida, Georgia, Carolina, Louisiana, Mexico. Mus. Paris. ex Mazatlan. Longitudo paulo ultra semipedalis: cinereo-fusca; subtus cum sincipite, genis, gula albicante, tectricibusque alarum minoribus vinaceis; gutturis pectorisque plumis fusco-centratis, nucha cerviceque plumbeis, plumarum margine obscuriore; crisso tectricibusque caudae inferioribus luride cinereis: remigibus fuscis interne latissime cum tectricibus inferioribus rufo-castaneis; maculis amethystinis in tectricibus parvis, rotundatis, in remigibus tertiariis magnis cordato-lanceolatis: rectricibus lateralibus omnibus nigricantibus, extima apice externo, albida.*

*2. ***Ch. granatina***, *Bp. Mus. Paris.* e specimin. 1839. *ex Bogota. Similis* praecedenti; *sed valde dilutior; subtus albida, maculis jugularibus fuscis, nucha vix cinerascente,* minime vinacea: *alis subtus rufis*, nec castaneis; *maculis alarum cupreo-granatinis: rectricibus lateralibus plurimis albomarginatis: pedibus valde debilioribus.*

*3. ***Ch. albivitta***, *Bp. Mus. Paris.* ab Ad. Barrot. *ex Am. m. Carthagena. Cinereo-cinnamomea, absque vinaceo; subtus luride albida; sincipite, jugulo, collique lateribus plumis nigris margine albido tanquam squamatis: alis subtus, remigibusque interne rufo-castaneis; tectricibus alarum minoribus et mediis maculis paucis parvis violaceo-amethystinis; majoribus externe lacteis vittam adumbrantibus: rectricibus angustis, lateralibus nigricantibus, extima apice externo albo: rostro flavido.*

*4. ***Ch. trochila***, *Bp. Mus. Paris.* ab Alex. Rous-

seau. 1842. *ex Ins. Martinica. Brunneo-cinerea* minime rufescens: *subtus luride albida; plumis pectoralibus nigricante centratis; tectricibus caudae inferioribus fuscis: pileo cerviceque obsolete squamulatis: alis, subtus, remigibusque intus, cinnamomeo-castaneis; maculis tectricum superiorum omnibus majusculis sub-cordatis: uropygio, tectricibus caudae superioribus, rectricibusque mediis dorso concoloribus; lateralibus cinereis apice latissime nigricantibus; extima utrinque extremo margine extus alba: rostro robusticulo, nigro: pedibus flavis.*

** *Pectore immaculato.*

5. Columba minuta, *Temm. nec L.* (Columbina **griseola**, *Spix.* juv. - Chamaepelia griseola, *Bp.* - Chamaepelia minuta, *Sw.? Gr.* - Ch. pumila? *Ill.* - Ch. rachidialis, *Schiff. Mus. Francof.* juv.) *Azara, Parag.* 325. - *Knip, Pig.* I. *Columbigall. t.* 16. ad. - *Spix Av. Bras. t.* 75. a. *f.* 2. juv. - *Reich., Syst. Av. t.* 256. *f.* 1422, 1423. *ex Gujana, Bras. Parag. Cumana. Minima* inter *Columbas. Long.* $5^1/_2$ *poll. Griseo-brunnea; subtus roseo-vinacea, pectore puro; gula rosea; ventre tectricibusque caudae inferioribus albis: pileo, genis, cervice, uropygioque griseis; nucha subrufescente: alis subtus cinnamomeis; tectricibus superioribus maculis parvis et paucissimis cyaneo-amethystinis, majorum et remigum tertiarium margine externo albo: rectricibus griseis, mediis omnino, lateralibus fascia lata subterminali, nigra.*

Juv. *luride cinerea; subtus et in fronte genisque, pallidior; abdomine crissoque albo-rufescentibus; alis fuscis; tectricibus inferioribus, margine humerali, alula spuria, remigum margine externo, pogonio interno, apice excepto, rachidibusque secundariarum, rubro-cinnamomeis: rectricibus duabus mediis dorso concoloribus; caeteris cinereis apicem versus nigris, albo-marginatis.*

Quid Mus. Paris. specimen *minimum, rostro gracillimo; ex toto nigricans, maculis alarum violaceis majusculis,* nisi var. melanina ab alimentis (Cannabis sativae seminibus) in captivitate producta?

6. ***Ch.*** minuta, *Peale, nec Auct.* (**amazilia**, *Bp.*) *Expl. Exped. Unit. Stat. Orn. p.* 207. *Mus. Paris.* a Castelnau 1847. *ex Peru. Minima: griseo-brunnea; subtus roseo-vinacea, pectore puro; gula alba; tectricibus inferioribus luride griseis; pileo cerviceque canis; nucha fuscescente; uropygio dorso concolore: alis subtus cinnamomeis; tectricibus superioribus maculis paucis amethystinis, posticis elongatis; tertiariis margine externo vix pallidiore: rectricibus mediis griseo-cinnamo-

meis; lateralibus cinereis, fascia lata subapicali nigra, apice externo albo.

Juv. *cinereo-cinnamomea, plumis albido marginatis; subtus albida, pectore fuscescente plumis margine pallidiore.*

Junior. *valde obscurior, olivaceo-brunnea, pileo concolore fronte vix pallidiore; subtus fusca vix vinacea, pectore lateribusque obscurioribus, gula subalbicante: maculis alarum cyaneo-amethystinis numerosioribus majoribus: rectricibus mediis olivaceo-brunneis; lateralibus nigris, basi cinereis, apice externo rufescente.*

*68. **Talpacotia**, Bp. (Chamaepelia part. *Gr.*) Tarsi postice plumosi! tectrices alarum inferiores nigrae. Am. m. 3.

1. Columba talpacoti, *Temm.* (Columbina cabocolo, *Spix.* - Chamaepelia ***cinnamomea*** *vel* cinnamomina, *Sw.* - Ch. talpacoti, *Gr.* - Talpacotia cinnamomea, *Bp.*) *Briss. Orn. t.* 9. *f.* 2. - *Azara, Parag. sp.* 323. - *Knip, Pig.* I. *Columbigall. t.* 12. - *Spix Av. Bras.* II. *t.* 75. a. *f.* 1. - *Reich., Syst. Av. t.* 256. *f.* 1424. fig. pessim. *et t.* 253. b. *f.* 3379. *ex Brasil. Parag. Bolivia. Minor: castaneo-cinnamomea; subtus vix dilutior abdomine concolore; pileo plumbeo in fronte albicante; genis gulaque rufo-albis: tectricibus alarum nigro signatis; inferioribus partim, cum pennis axillaribus, nigris; remigibus fuscis: cauda rotundata, rectricibus lateralibus nigris apice rufis.*

*2. Chamaepelia ***rufipennis***, *Gr.* (Talpacotia rufipennis, *Bp.*) *Mus. Brit. et Mus. Paris.* a Barroto, Lewy *ex Am. m. Columbia, Carthagena. Simillima* T. cinnamomeae, *sed magis rubescens, et remigibus rufis apice tantum fuscis.*

*3. Chamaepelia ***godina***, *Bp.* (Colombicolin de San Carlos? *Less. Descr.* 1850. *p.* 212. - Talpacotia godina, *Bp.*) *Mus. Paris.* ab Orbigny 1834. *ex Am. m. Brasil., Bolivia. Majuscula: brunneo-olivacea* nec cinnamomeo-vinacea, *uropygio tantum et tectricibus caudae superioribus purpurascentibus; subtus luride fuscescens* nec vinacea, *abdomine medio albido; pileo cinerascente* nec griseo; *maculis alarum longioribus, splendidioribus: remigibus fuscis.*

Species dicata Isabellae Godin des Odonais, quae derelicta incomitata inhospitas immensas permeavit sylvas singulari animo fulta, asperrimasque instabiles calamitates tulit propter in suum virum patremque charitatem.

69. **Columbula**, Bp. 1854. (Columbina, *Spix*, 1825.) Alae breves: cauda elongata, sub gradata. Am. m. 4.

1. Columbina **strepitans**, *Spix*. (Columbula strepitans, *Bp.*) *Aves Brasil.* II. *t.* 75. *f.* 1. - *Reich.*, *Syst. Av.* *t.* 253. *f.* 1405. *ex Am. m. Bras.*, *Parag. Chili.* *Griseo-cinerea, in dorso alisque brunnescens; gula alba, in jugulo pectoreque subvinacea: alis brevissimis; remigibus nigricantibus albo-rufo limbatis, scapularibus vix longioribus; tectricibus externis, apice late albo, vittam alarem transversam, minoribus apice saphirino fasciolam, constituentibus; inferioribus nigerrimis: rectricibus lateralibus fere omnino albis.*

2. Columba **erythrothorax**, *Meyen*, *nec Temm.* (monticola, *Tschudi*, *nec Vieill.* - Columbina erythrothorax, *Gr.* - Columbula monticola, *Bp.*) *Acad. Nat. Curios.* 1833. *t.* 26. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 253. *f.* 1408. *ex Am. m. occ. Peru. Fusco-cinerea plumis medio-rufescentibus; subtus vinacea in pectore saturatior: pileo vix dilutiore; genis, mento, crissoque albicantibus: remigibus nigricantibus, secundariis pallide marginatis: cauda subaequali, rectricibus lateralibus nigris apice albis; extima utrinque fere omnino alba.*

3. Columba **picui**, *Temm* (Columbina picui, *Gr.* - Columbula picui, *Bp.*) *Azara*, *Parag. sp.* 324. - *Temm.*, *Pig. et Gall.* I. *p.* 435. - *Knip*, *Pig.* II. *t.* 29. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 253. b. *f.* 3377, 3378. *ex Paraguay. Statura* C. passerinae *vel minor: brunneo-grisea, subtus dilutior: remigibus fuscis, secundariis margine externo albis, tectricibus apicibus saphirinis fasciam alarem transversam constituentibus, inferioribus nigerrimis: cauda rotundata, rectricibus lateralibus interne, extima utrinque ex toto, albis.*

4. Columba **cruziana**, *Orb.* (gracilis, *Tschudi* 1843. - Peristera cruziana, *Gr.* - P. chalcostigma, *Reich.* - Chamaepelia cruziana, *Gr.* - Columbula cruziana, *Bp.* - Colombicolin peruvien, *Less.* 1850.) *Knip*, *Pig.* II. *t.* 48. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 253. *f.* 1407. *ex Auct. t.* 245. b. *f.* 3531, 3532, 3533. 3534. a specimine. *ex Am m. Peru occ. Fusco-cinerea, cervice dilutiore; capite coeruleo-griseo: tectricibus alarum griseis, inferioribus nigris, majoribus fascia obliqua rubro-cuprea, et maculis subrotundis chalybeo-smaragdinis; remigibus nigricantibus: rectricibus nigris, duabus mediis dorso concoloribus: rostro sulphureo, apice nigro; pedibus rubris.*

D. Zenaideae.

Elegantes: alae longiculae; cauda plus minus elongata. Analogiam cum Turturinis praebent.

* 70. **Melopelia**, Bp. (Zenaida part. *Gr.*) Cauda elongata, vix rotundata: orbitae valde denudatae. Am. 2.

1. Columba ***leucoptera***, *L.* exclusa patria. (trudeaui, *Audub.* - Turtur leucopterus, *Goss.* - Zenaida leucoptera, *Gr.* - Z. meloda *ex Mexico? Licht. Nom.*) *Brown, Jamaic. p.* 468. - *Edw. B. t.* 76. - *Audub.*, *Birds of America*, 1843. 8º *ed.* VII. *p.* 352. *t.* 496. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 255. *f.* 2869. *t.* 254. *f.* 1417. *ex Antillis, Jamaica, Texas, Mexico. Longitudo pedalis: fusco-brunnea ad cinnamomeum obscure vergens; pileo cerviceque subvinaceis; uropygio cinereo-coerulescente, tectricibus caudalibus apice brunneis; macula postoculari cyaneo-violacea; colli lateribus aureo-viridibus: subtus cinnamomeo-brunnea, lateribus subviolaceo-griseis; crisso albido: alis externe nigricantibus; remigibus primariis limbo externo, secundariis apice, albis; tectricibus majoribus et mediis apice late albis, fasciam alarem transversam constituentibus: cauda elongata, rectricibus lateralibus cinereis sensim nigricantibus, apice late et abrupte albidis.*

2. Columba ***meloda***, *Tschudi.* (souleyetiana, *Gay.* - leucoptera, *Aliq. nec L.* - Zenaida souleyetiana! *O. des Murs.* - Zenaida meloda, *Gr.* - Melopelia souleyetiana, *Bp. in litt.*) *Wiegmann*, *Arch.* 1843. *p.* 385. *sp.* 4. - *Fauna Peruana. t.* 29. - *Gay*, *Hist. Chile*, *Zool.* I. *p.* 380. *sp.* 3. *Atl. t.* 7 - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 254. *f.* 1418. - *Mus. Paris.* a d'Orbigny 1831. ab Eydoux et Souleyeto, *ex Peru, Tacna;* ab Exped. Bonitae 1838. *ex Chili, Antium declivit. occ. Maxima: cinnamomeo-olivacea; pileo fuscescente; orbitis, lorisque nudis azureis; facie cinerea, macula auriculari oblonga nigra; colli lateribus cupreo-nitentibus; jugulo subrufescente; uropygio coeruleo-griseo; abdomine, crisso rachidibus fuscis, tibiisque griseis: alis immaculatis, remigibus primariis fuscis, extus albo-limbatis; tectricibus alarum marginalibus cinereis, externe latissime albis; alarum caudaeque tectricibus inferioribus canis: rectricibus lateralibus fascia subterminali nigra, apice griseis, rachide apice tantum subtus alba: rostro nigro; pedibus rubris.*

71. **Zenaida**, Bp. 1838. Cauda brevicula, rotundato-cuneata. Am. 9.

* *Cauda rotundata: rectricibus latis.*

1. Columba zenaida, *Bp.* (Zenaida aurita, *Gr.* 1854. *nec Licht.* quae maculata, *nec Temm.* quae martinicana. - Zenaida amabilis, *Bp.*) *Am. Orn.* iii. *t.* 17. *f.* 2. - *Audub. Am. B.* ii. *t.* 162. mas et faem. - *Id.* 8°. *edit.* v. *p.* 9. *t.* 281. *f.* 1, 2. - *Reich., Syst. Av. t.* 255. *f.* 2867, 2868. *t.* 254. *f.* 1412. *ex Cuba, Florida, Ins. Bahamens. Cinereo-vinacea, nucha subcastanea: subtus cinnamomeo-castanea, in tectricibus alarum inferioribus lateribusque late et pulchre griseis; gula tantum rufo-albicante: tectricibus caudae inferioribus obscure cinereo-vinaceis; lineola subauriculari cyaneo-violacea; cervice lateribus splendide aureo-amethystinis: alis nigro-maculatis; remigibus fuscis, primariis albido-limbatis, secundariis apice late albo: rectricibus omnibus fascia subterminali nigra, extimis tribus utrinque apice late griseis.*

*2. Columba **martinicana**, *Br. nec L.* (martinica var. *β*! *Gm.* - aurita, *Temm. nec Gr.* - castanea, *Wagl.* - Zenaida bimaculata, *Gr.* - Z. marticana, *Bp.*) *Pl. enl.* 142? - *Knip, Pig.* i. *t.* 25. adult. *t.* 25. *bis.* juv. - *Reich., Syst. Av. t.* 254. *f.* 1413. 1414. - *Mus. Paris.* ab Alexandro Rousseau 1842. *ex Martinica.* - *Gr. Mus. Brit.* 1854. *ex Ins. Bermudis. Similis* Z. amabili; *sed maculis remigum tertiarium postice albo-marginatis; abdomine tectricibusque caudae inferioribus, albo-vinaceis; rectricum exteriorum apicibus albidis.*

3. Columba **auriculata**, *O. des Murs.* (Peristera! auriculata, *Gay.* - Zenaida chilensis, hinc Z. auriculata, *Bp.*) *Faun. Chil. p.* 378 *et* 381. *sp.* 1. *Atl. Zool. Orn. t.* 6. - *Reich., Syst. Av. t.* 245. b. *f.* 3529, 3530. *ex Am. m. Chili, Patagonia. Major: cinereo-brunnea, nucha subplumbea: subtus griseo-vinacea; gula, crisso, tectricibusque caudae inferioribus albo-cinnamomeis: macula elongata subauriculari cyaneo-nigra; cervice lateribus aureo-amethystinis: alis nigro-maculatis, tectricibus alarum inferioribus lateribusque albo-griseis; remigibus fuscis omnibus albido tantum limbatis: rectricibus mediis longioribus dorso concoloribus, immaculatis; lateralibus basi cinereis extus rufescentibus, fascia angulosa ultramediana nigra; extimis tribus utrinque apice late albo.*

4. Columba **maculata**, *Vieill. nec Gm.* quae Treronid.! (aurita, *Wagl. nec Temm.* - Peristera chrysauchenia,

Reichenbach. - Zenaida maculata, et chrysauchenia, *Gr.*) *Azara*, *Parag. sp.* 322. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 257. *f.* 1429. *ex Am. m. Brasil. Parag. Minor: cinereo-fusca, nucha concolore: subtus griseo-brunnea, gula tectricibusque caudae inferioribus albidis: lineolis postoculari et subauriculari parum conspicuis nigricantibus; cervice lateribus aureo-purpurascentibus: alis maculis paucis parvis nigris, subobsoletis; duabus rotundatis magnis in scapularibus: subtus cum tectricibus lateribusque luride griseis: remigibus fuscis albido-limbatis; alula spuria apice cinnamomea: rectricibus mediis dorso concoloribus; lateralibus cinereis fascia subterminali nigra; extima apice albido; spatio albo longitudine tantum semipollicavi.*

*5. **Z. hypoleuca**, *Gr. Mus. Brit.* 1854. *ex Am. centr.* Figura nulla. *Simillima* Z. maculatae, *sed valde major; subtus minus vinacea, sensim abdominem versus albicans; tectricibus caudae inferioribus candidis: rectricibns lateralibus apice latissime albis, spatio albo longitudinem pollicarem superante.*

*6. **Z. ruficauda**, *Gr.* 1854. (mexicana, *Bp. Mus. Lugd.* 1849.) *Mus. Brit. ex Nova Granada.* - *Mus. Paris.* a Plée. 1826. *ex Columbia. Similis* praecedentibus, *sed brunneo-ardesiaca; nucha plumbea: subtus et in cervice roseo-vinacea; macula suboculari, vittaque postoculari albo-limbata, nigro-violaceis; colli lateribus aureo-violaceis: tectricibus alarum ardesiacis; remigibus nigricantibus: cauda brevi, rectricibus lateralibus fusco-ardesiacis, macula transmediana nigra, apice late rufis.*

7. Columbigallina ***gallapagoensis***, *Neboux*, 1840. (Zenaida gallapagoensis, *Gould.*) *Zool. of Beagle B. t.* 46. - *Revue Zool.* 1840. *p.* 290. - *O. des Murs. et Flor. Prevost, Voy. Venus, Ois. p.* 270. *t.* 8. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 254. *f.* 1415, 1416. *t.* 227. *f.* 2484. *ex Ins. St Caroli, Ins. Gallapag. Chili. Minor: cinereo-vinacea, cervice et colli lateribus purpurascente-viridibus: subtus grisea; gula subalbicante, lateribus tenuissime nigro-squamata; pectore latissime vinaceo: macula pone oculos alba, nigro circumscripta: remigibus nigris albo-limbatis; tectricibus alarum dense nigro maculatis, exterioribus magna ex parte albis, plurimis reliquarum vitta centrali alba, majoribus apice rufescentibus: cauda brevi vix rotundata; rectricibus lateralibus albido-limbatis, fascia subapicali lata nigra: rostro elongato, subincurvo, fusco; pedibus rubellis.*

Juvenis. *Magis rufescens: pectore minus vinaceo et nigricante vario.*

** *Cauda subsagittata; rectricibus latissimis.*

*8. **Z. pentheria**, *Bp. Mus. Paris.* a Fontaniero 1853. *ex Am. m. Sancta Martha. Forma et statura Z.* amabilis; *sed minor, cinereo-ciocolatina in tectricibus alarum et cauda, tergo uropygioque olivascens: nucha plumbea: subtus ex toto unicolori, mento tantum albicante, cum fronte genisque vinaceo-castaneis; lateribus, tectricibusque alarum fusco-plumbeis; tectricibus superioribus corpori proximioribus nigro-maculatis: remigibus fuscis albido-limbatis: rectricibus latissimis, mediis elongatis, lateralibus fasciola mediana nigra, omnibus cinereis, apice latissime castaneo-rufis.*

*** *Cauda brevi, sagittata: rectricibus angustis.*

*9. **Z. stenura**, *Bp. Mus. Paris.* a Verreauxiis 1854. *ex Columbia. Similis Z.* pentheriae; *sed minor, dilutior, magis rufescens: tectricibus inferioribus et alis subtus dilute cinereis: rectricibus fasciola subterminali; omnibus angustis; extima utrinque fere lineari.*

72. **Zenaidura**, Bp. 1854. (Ectopistes, *Auct.* - Turtur p. *Br.*) Cauda elongata, gradata, rectricibus 14! nec 12. Am. sept. 2.

1. Columba ***carolinensis*** et marginata, *L.* (hoilotl? *Gm. ex Hernandez.* - Turtur carolinensis, *Briss.* adult. - americanus, *Br.* juv. - montana mexicana, *Br.* - Ectopistes marginatus, *Gr.* - Ect. carolinensis, *Sw.*) *Pl. enl.* 175. faem. - *Edw. B.* I. *t.* 15. mas. - *Briss. Orn.* I. *t.* 8. *f.* 1. - *Catesb. Carol.* I. *t.* 24. - *Knip, Pig.* I. *t.* 50. - *Wils. Am. Orn.* V. *t.* 43. *f.* 1. - *Audub. Am. t.* 17. - *Id.* 8°. *edit.* V. *p.* 36. *t.* 286. *f.* 1. mas. 2. faem. - *Seligm. Samm. felt Vog.* I. *t.* 48. mas. - *Reich., Syst. Av. t.* 249. *f.* 1380, 1382. *ex Am. Sept. Ex olivaceo cinereo-brunnea; subtus cinereo-vinacea, lateribus tectricibusque alarum inferioribus coeruleo-griseis; abdomine medio ventreque ochraceis; tectricibus caudae inferioribus albidis; macula subauriculari e punctis congestis nigro-violacea; mento albicante; colli lateribus aureo-purpureo nitentibus: tectricibus alarum internis nigro-maculatis, externis immaculatis subcinerascentibus; remigibus fuscis, albido-limbatis: cauda cuneiformi; rectricibus quatuor mediis acuminatis dorso concoloribus, duabus sequentibus utrinque plumbeis, extimis magna ex parte albis; omnibus, duabus mediis exceptis, fascia mediana nigra; subtus a basi ultra medium nigris, apice albis.*

2. COLUMBA ***marginella***, *Woodhouse.* (Zenaidura marginella, *Bp.*) *Rep. Exped. Zuni et Colorado, p.* 93. *Birds. t.* 5. - *Mus. Paris.* a Jaurez 1843, *ex California. mer. Similis* praecedenti, *sed valde minor; pileo obscuriore; subtus magis flavescens; uropygio rectricibusque mediis minime cinerascentibus.*

* 73. **Scardafella**, Bp. (Columbina, part. *Gr.*) Alae breves: cauda elongata, gradata. Parvae. Color cinereus nigro-undulatus. Am. centr. et m. 2.

1. COLUMBA ***squamosa***, *Temm.* (Chamaepelia squamosa, *Gr.* - Macropygia squamosa, *Auct.* - Oena! squamosa, *Reich.* - Chamaepelia squamosa, *Caban.*) *Knip, Pig.* I. *t.* 59. - *Reich., Syst. Av. t.* 253. *f.* 1409, 1410. adult. cauda mirifice elongata; *t.* 253. b. *f.* 3381. *ex Brasil. Cinereo-brunnea, in capite colloque subvinacea; subtus albicans, plumis omnibus nigro-marginatis tanquam squamata: tectricibus alarum externis externe albis, inferioribus rufo nigroque variis, alula spuria nigra; remigibus nigris, primariis interne rufo-castaneis: cauda rectricibus quatuordecim, mediis aequalibus, cinereo-fuscis apice nigricantibus: lateralibus apice late albo; extimis duabus utrinque gradatim valde brevioribus, basi tantum nigris, albis: rostro fusco; pedibus rubris.*

2. CHAMAEPELIA ***inca***, *Less.* (Columbina squamosa *ex* Guatimala, *Auct.* - Scardafella inca, *Bp.*) *Descr. Quadr. etc. Buffon* 1850. *p.* 211. - *Reich., Syst. Av. t.* 250. *f.* 1393. - *Mus. Paris.* a Mozard, *ex Guatimala. Similis* praecedentî, *sed valde minor, dilutior et cauda breviore; subtus magis vinacea; pectore roseo-vinaceo; abdomine et tectricibus caudae inferioribus cinnamomeis: tectricibus alarum inferioribus castaneo et nigro plus minus distinctis; superioribus minime albo-variis; alula spuria castanea,* nec nigra.

* 74. **Uropelia**, Bp. (Columbina! part. *Spix.*) Alae brevissimae: cauda longissima, valde cuneata: Minimae: Color rufescens uniformis. Am. mer. or. 1.

COLUMBA ***campestris***, *Spix.* (venusta, *Temm.* - Columbina campestris, *Gr.*) *Av. Brasil.* II. *t.* 75. *f.* 2. - *Pl. col.* 341. *f.* 1. mas. adult. - *Knip, Pig.* II. *t.* 26. - *Reich., Syst. Av. t.* 253. *f.* 1406. *ex Spix;* 1411 *ex Temm.* - *Mus. Paris.* ab Augusto S[t]. Hilario, 1822. *ex Brasil. Capit. des Mines. Cinnamomeo-brunnea; subtus albido-cinnamomea; fronte cinerascente: tectricibus alarum superioribus maculis binis magnis quadratis vio-*

laceo-amethystineis nigro et albo interne marginatis, tribusque triangularibus nigro-violaceis in tertiariis; inferioribus, maculis magnis, prima alba, altera nigra: rectricibus mediis dorso concoloribus, lateralibus nigris apice transverse albis.

Quid Columba dominicensis, *Lath.* (annulata, *Wagl.* - Peristera dominicensis, *Gr.*) *Pl. enl.* 487. - *Knip*, *Pig.* I. *t.* 51. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 258. *f.* 1438. nisi fictitia Avis, capite saltem *Charadrii virginiani* (dominicensis! torquata, *Br.*) instructa?

SUBFAMILIA 197. *PHAPINAE.*

Pedes valde enlongati, tarsis denudatis, digitis brevibus, pollice parum explicato. Analogia cum Treronidis: affinitas cum Gouridis.

A. Phapeae. Rostrum robustum: rectrices. 14-16.

75. **Trugon**, Hombr. et J. 1852. (Starnaenas? part. *Gr.*) Ob rostri magnitudinem analogiam cum Butrerone praebet; sed rostro valde compresso: tarsis elongatis, nudis, antice late scutatis, digitisque, ad Phapinas pertinet. Oc. 1.

Tr. terrestris, *Hombr. et J.* (Trygon! terrestris, *Reich.* - Starnaenas! terrestris, *Aliq.*) *Voy. au Pole sud*, *Oiseaux*, *t.* 28. *f.* 1. - *Gr. Gen. B.* III. *Append. p.* 24. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 259. *f.* 2598. *ex Nova Guinaea occ.* Terrestris. *Cinereus, in fronte albicans, in capite, collo pectoreque ardesiacus, in dorso uropygioque nigro-coerulans; macula utrinque sub-oculari alba; abdomine medio albo, lateribus rufis: alis nigricantibus, remigibus secundariis obscurioribus, omnibus cum tectricibus rufo-limbatis; tectricibus inferioribus albis nigro-marginatis: rostro apice albicante; iridibus aurantiacis; pedibus rubellis.*

76. **Leucosarcia,** Gould, 1843. Rectricibus 14. Austral. 1.

Columba ***picata*** et melanoleuca, *Lath.* (armillaris, *Temm.* - jamesoni, *Quoy et Gaim.* - Peristera picata, *Sw.* - Phaps picata, *Gr.* - Leucosarcia picata, *Gould.*) *Knip*, *Pig.* I. *t.* 6. - *Gould*, *Austr.* V. *t.* 63. - *Lambert. inedit. t.* 62. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 262. *f.* 1457, 1458. *ex Austr. or. Fusco-ardesiaca; pileo gulaque albidis; jugulo pectoreque ardesiacis albo variis; collare pectorali albo; abdomine lateribusque albis plumis singulis macula media cordata nigra; plumis*

ventris tectricibusque caudae inferioribus albido-rufescentibus latissime nigro centratis: tectricibus alarum inferioribus et pennis axillaribus nigris apice albis; rectricibus lateralibus albido-terminatis.

77. **Petrophassa**, Gould, 1840. Alae breves, rotundatae, haud metallicae: cauda rotundata; rectricibus 14. Austr. 1.

P. albipennis, *Gould. B. of Austr.* v. *t.* 71. - *Reich.*, *Vog. Neuholl. sp.*5. - *Id. Syst. Av. t.*260. *f.* 1447, 1448. *ex Austral. Brunneo-ciocolatina; subtus nigricans: genis, pectoreque cinereis; gula plumis nigro marginatis tamquam squamata: remigibus nigris, basi albis speculum alarum constituentibus.*

78. **Geophaps**, Gould, 1842. Rostrum brevissimum, robustum: orbitae nudae: pedes longiculi; tarso digitis breviore; digitorum interno omnium longissimo: alae brevissimae, rotundatae; tertiariis elongatis, apice dilatatis. *Terrestres.* Oc. 3.

1. Columba ***scripta***, *Temm.* (inscripta, *Wagl.* - Peristera scripta, *Sw.* - Geophaps scripta, *Gould.*) *Pl. col.* 187. mas. - *Knip, Pig.* II. *t.* 33. - *Gould, Austr.* v. *t.* 67. - *Reich., Syst. Av. t.* 262. *f.* 1563, 1564. *ex Australia. Fusco-cinerea, in alis tanquam marmorata; genis gulaque albis lineis vittisque nigris tanquam scriptis; pectore rufo-cinereo fusco undulato; abdomine medio griseo, lateribus cum tectricibus alarum inferioribus albis; ventre pallide cinnamomeo; tectricibus caudae inferioribus fuscescentibus: speculo alare cupreo-amethystino: rectricibus lateralibus apice latissime nigris.*
Juvenis *genis fere unicoloribus.*

2. Columba ***smithi***, *Jard.* (Geophaps smithi, *Gould.*) *Jard. et Selby, Illustr.* II. *t.* 104. - *Gould., Austr.* v. *t.* 68. - *Reich., Syst. Av. t.* 262. *f.* 1665, 1666. *ex Australia. Cinereo-rufa; linea supra et infra oculos, gulaque albis: remigibus secundariis extus atro-smaragdinis eorumque tectricibus macula minore amethystina: rectricibus lateralibus nigris.*

3. ***G. plumifera***, *Gould. Austr.* v. *t.* 69. - *Knip, Pig.* II. *t.* 38. - *Reich., Syst. Av. t.* 262. *f.* 1561, 1562. *ex Australia s. occ.* in rivis flumine *Victoriae. Similis* praecedentibus, *sed minima et crista occipitali praelonga subulata.*

Rufo-brunnea; subtus alba: capite cum crista elongata occipitali, cervice, colli lateribus, jugulo tectricibusque

alarum inferioribus fulvo-ferrugineis: mente et linea plumosa orbitas nudas coccineas circumscribente, nigris; gula dimidio antice albo protracto, dimidio posteriore nigro hinc inde canescente; pectore lunulato; abdomine medio isabellino; tectricibus caudae inferioribus fuscescentibus: alis flavo-ferrugineis plumis basi griseo-argenteis, fasciola mediana nigra; remigibus brunneis, secundariis apicem versus aeneo-purpurascentibus: cauda nigra: rostro virente; iridibus aurantiis; pedibus griseis, scutellis ex virescente cinereis.

79. **Phlegaenas,** Reich. 1851. (Calaenas? p. *Gr.*) Oc. 5.

1. Columba ***cruenta,*** *Gm.* (luzonica, ad. et nivea var. *Scopoli.* - sanguinea, *Gm.* var. - Calaenas: luzonica, *Gr.* - Calaenas cruenta, *Caban.* - Phlegaenas luzonica, *Reich.* - Phlegaenas cruenta, *Bp.*) *Sonner. Voy. t.* 20. var. *et t.* 21. - *Knip, Pig.* I. *Columbigall. t.* 8. ad. *et t.* 9. var. - *Reich., Syst. Av. t.* 225. *f.* 1265. var. *t.* 227. *f.* 2479. *ex Ins. Philipp. Plumbeo-viridis; sincipite, humeris, et tectricum alarum apicibus griseis: nucha remigibusque purpureo-nigricantibus; gula juguloque candidis; pectoris macula atro-sanguinea rubro-circumdata; abdomine albo-cinnamomeo, lateribus plumbeis; alis interne castaneo-cinnamomeis: rectricibus lateralibus cinereis, fascia alari terminali nigra.*

2. Columba ***tristigmata,*** *Temm,* (Phlegaenas tristigmata, *Bp.*) *Mus. Lugdun.* a Forsteno, *ex Ins. Celebensi, Tondano. Brunneo-hepatica; pileo aeneo-viridi; fronte et scuto pectorali stramineo-aurantiis; genis griseo-flavidis; gula flavida; cervice brunneo-purpurascente; interscapilio cinereo-purpureo; abdomine albo-flavido; lateribus fuscescentibus; ventre brunneo; crisso, tectricibusque caudae inferioribus albidis: tectricibus alarum superioribus griseis: rectricibus apice griseis: rostro apice flavido: pedibus brunnescentibus; unguibus albidis.*

3. Peristera ***criniger,*** *Hombr. et J.* (crinigera, *part. Reich.* et *Pucher.* - Caloenas spec. 5. *Gr.* - Phlegaenas crinigera, *Bp. ex Hombr.*) *Voy. au Pole Sud t.* 27. *f.* 2. faem. - *Reich., Syst. Av. t.* 259. *f.* 2596. *ex Ins. Solo (Soog). Pileo, genis, cerviceque aureo-viridibus, interscapilio aeneo-brunneo micante, dorso intense castaneo; gula latissime alba, fasciculo jugulari e plumis decompositis, rigidis, setolosis, apice obscure purpureo; abdomine et lateribus rufis; ventre albo: remigibus fuscis, primariis rufo-limbatis, secundariis latissime externe rufo-marginatis; tectricibus alarum superioribus apice latissime griseis; inferioribus rufis: rostro nigricante; pedibus miniatis.*

4. Peristera ***rufigula***, *Pucheran.* (Péristère à gorge rousse, *Hombr. et Jacq.* - Peristera crinigera! *part. Reich.* - Caloenas sp. 4. *Gr. Append.* - Phlegaenas rufigula, *Bp.*) *Voy. au Pole sud, t.* 27. *f.* 1. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 259. *f.* 2597. *ex Oceania, Nova Guinaea. Similis* praecedenti, *sed sincipite albo-rufo, capite minime viridi, et subtus ex toto albido-cinnamomea.*

Purpureo-rufa; sincipite albo-rufo; nucha fusco-violacea, griseo hinc inde marginata; cervice late griseo-violacea: subtus ex toto cum genarum parte inferiore albo-cinnamomea; hypochondriis et tectricibus alarum inferioribus albis, nigro-variis: tectricum superiorum rectricumque lateralium apicibus griseis.

5. Columba ***erythroptera***, *Gm.* (leucophrys, *Forst.* - Peristera erythroptera, *Gr.* - Peristera montana, *Sw. nec L.* - Tympanistria! erythroptera, *Reich.*) *Forster, Icon. ined. t.* 136. - *Knip, Pig.* II. *t.* 55. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 257. b. *f.* 3383. *ex Otahiti, Emeu, Tanna, Bonnebace, Archipelag. Carolin. Fuliginosa; cervicis et interscapilii plumis tectricibusque alarum superioribus apice latissime ex rubro violaceo-cupreis; sincipite, superciliis latissimis, gula, jugulo, colli lateribus, pectoreque albis: cauda subtruncata, fusco-cinerea, fascia lata terminali nigra.*

Quid Peristera pectoralis, *Peale, Expl. Exped. Unit. Stat.* VIII. *Orn. p.* 205. *t.* 59. *ex Carlshoff una ex Ins. Coral. Archip. Paumotu? Similis* Garnet-winged Pigeon, *Lath. Gen. Hist.* VIII. *p.* 71. *ex Eimeo. Brunneo-ciocolatina; capite, collo, pectoreque fulvis; fronte albicante; nucha atro-purpurea: scapularibus aureo-olivaceis fuscescentibus: remigibus arcuatis, quarum tertia longissima, rectricibusque fusco-cinereis; pedibus magnis, brunneis; unguibus brevibus, recticulis.*

80. **Pampusana**, Bp. 1853. (Columba! part. *Gr.*) Ocean. 3.

1. Columba pampusana, *Quoy et Gaim.* (***xanthura***, *Cuv. nec Temm.? nec Forst.* quae Osmotreron. - rousseau, *Temm.* - Pampusana xanthura, *Bp.*) *Voy. de l'Uranie. t.* 30. *non* 301. - *Knip, Pig.* II. *t.* 23. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 226. *f.* 1269. *ex Ins. Mariannis.*

2? Columba xanthonura, *Temm.* err. (Pampusana ***rousseau***, *Bp. ex Temm.*) *Pl. col.* 190. - *Reich.*, *Syst. Av. t.*226. *f.* 1270. *ex Ins. Marchion. Similis* praecedenti; *sed major, magis variegata, et subtus valde dilutiore.*

3. Columba **rubescens**, *Vieill.* (Pampusana rubescens, *Bp.*) *Nouv. Dict.* xxvi. *p.* 346. - *Krusenst. Voy. t.* 17. *ex Ins. Pacifici, Noukahiva. Fusco-rubicunda; capite colloque cinereis: remigibus interne, rectricibusque externe ad basin, albis.*

81. **Phaps**, Selby, 1835. (Peristera, *Sw.* 1837.) Rectricibus 16. Oc. 3.

1. Columba **chalcoptera**, *Lath.* (Peristera chalcoptera, *Sw.* - Phaps chalcoptera, *Selby.*) *Philips, Botany Bay. t. in p.* 162. - *White Journ. t. in p.* 146. - *Knip. Pig.* i. *t.* 8. - *Gould, Austr.* v. *t.* 64. - *Reich., Vög. Neuholl. sp.* 15. - *Reich., Syst. Av. t.* 261. *f.* 1452, 1453. *ex Austr. univers. Tasmania. Fusco-cinerea plumis apice rufescentibus; subtus griseo-rufescens, pectore roseo-vinaceo: fronte antice flavescente cum linea infraoculari gulaque alba: tectricibus alarum maculis magnis cupreo-aureis in pogonio externo; inferioribus cum pennis axillaribus et margine interno remigum cinnamomeis: rectricibus lateralibus nigris fascia subterminali nigra.*

2. Columba **elegans**, *Temm.* (lawsoni, *Sieber.* - Peristera elegans, *Sw.* - Phaps elegans, *Selby.*) *Knip, Pig.* i. *t.* 22. - *Gould, Austr.* v. *t.* 65. - *Reich., Syst. Av. t.* 261. *f.* 1454, 1455, 1456. *ex Australia, Tasmania. Rufo-olivacea; interscapilio humerisque castaneis; subtus ex toto coeruleo-grisea; fronte et mento luride cinereis; vitta hinc inde transoculari pileum cingente, gulaque castaneis; remigibus primariis externe vix rufo-limbatis, secundariis late marginatis; omnibus intus latissime cinnamomeis; tectricibus alarum majoribus aureo-cupreis; scapularibus ocello magno aureo-saphirino ornatis; tectricibus alarum inferioribus et pennis axillaribus cinnamomeis: rectricibus lateralibus omnibus cinereis, fascia subterminale nigricante.*

3. Peristera **histrionica**, *Gould.* (hinc Phaps histrionica). *Gould, Austral.* v. *t.* 66. - *Knip, Pig.* ii. *t.* 45. mas. *t.* 51. faem. - *Reich., Syst. Av. t.* 262. *f.* 1459, 1460. *ex Australia. Cinnamomea, subtus coeruleo-grisea; fronte, annulo genali, juguloque albis; occipite, genis gulaque nigerrimis confluentibus: remigibus cinereis, primis duabus exceptis, macula candida apicali; secundariis extus virescentibus aureo-violaceis; primariis rufo-limbatis, subtus interne late rufo-cinnamomeis: ventris lateribus cinnamomeis, tectricibus caudae inferioribus rufo-albidis; rectricibus lateralibus*

omnibus griseis, fascia subterminali nigra, apiceque albis.
Juvenis: *capitis coloribus fere indistinctis.*

Quid Columba meridionalis, *Lath.* (Phaps meridionalis, *Gr.*) Suppl. *ex Austr. Fusco-rubicunda, pectore paulo pallidiore, dein coeteris corporis partibus inferioribus pallide rubicundo-albis: remigibus obscure fuscis; tectricibus minoribus* 3-4. *nigricante-purpureis: cauda brevi, cuneata; rectricibus apice acuticulis, duabus intermediis nigro-fuscis, fascia ante apicem nigra, caeteris fuscis, ante apicem lunulato-albis, externis extus totis albis: rostro nigro; pedibus rubris; iridibus fuscis; regione ophthalmica nudiuscula coerulescente-alba. Magnitudo* Turturis auriti?

B. Chalcophapeae.

Elegantes. Alae minus breves: cauda rectricibus 12. tarsi minus elongati; pollice magis explicato. Minus terrestres.
Ad COLUMBIDAS praecipue TURTURINAS accedunt.

82. **Chalcophaps,** Gould, 1845. (Monornis, *Hodgs.* 1844. - Peristera, *Sw.* 1835. *nec* 1827.) As. m. Oc. 6.

1. Columba ***indica,*** *L.* (cyanocephala? *sp.* 56. *nec sp.* 20, *Gm.* - coeruleocephala? *Lath.* - cyanopileata, *Bonnat.* - superciliaris, *part. Wagl.* - Peristera indica, *Sw.* - Monornis perpulchra, *Hodgs.* - Chalcophaps indica, *Gr.*) *Edw., B. t.* 14. - *Jacquin, Voy. p.* 35. *sp.* 29. *t.* 16. - *Reich., Syst. Av. t.* 260. *f.* 1441, 1442. *ex As. m. Burmania, Ceylan, China. Splendide viridis, fronte superciliisque angustis, albidis, vertice nuchaque coeruleo-canis; interscapilio, genis, gula, pectoreque, fusco-vinaceis; abdomine cinereo-rufescente, tectricibus caudae inferioribus fusco-cinereo castaneoque variis: tergo nigricante, fasciis binis violaceo-canis: tectricibus alarum minoribus castaneis, humeris tantum margine superiore maculis argenteo-cyaneis; tectricibus inferioribus cinnamomeis: remigibus fuscis, subtus et interne cinnamomeis: rectricibus nigricantibus; extima utrinque ad basin latissime grisea.*

2. Columba ***javanica,*** *Gm.* (superciliaris, *part. Wagl.* - Peristera bornensis, *Mull.* juv. - Chalcophaps indica, *part. Gr.* - Ch. javanica, *Bp.* - Palumbus amboinensis, *Br.*) *Pl. enl.* 177. juv. *Orn. t.* 15. *f.* 1. *ex Java, Sumatra, Borneo, Amboina. Ins. Philippinis. Simillima* praecedenti; *sed superciliis albis, latis, magis protractis, fasciis dorsalibus magis*

conspicuis; tergo rufescente et tectricibus caudae superioribus cinerascentibus: fascia alarum argenteo-cyanea ad apices tectricum minorum.

Adult. *ex Java interscapilio valde coerulante.*

Juv. *ex Borneo pileo dorso concolore fusco-castaneo; tectricibus alarum aeneo-viridibus unicoloribus.*

Specimina *ex Sumatra capite minus cyanescente; cauda brunnea.*

Specimina *ex Bema et Sumbava alis aeneo-brunneo micantibus.*

*3. **Ch. augusta**, *Bp.* (indica ex Ins. Nicobaricis? *Blyth.*) *Journ. As. Soc. Beng.* XV. 1846. *p.* 371? *Mus. Paris.* a Leclanchero 1844, *ex Patria ignota.* Fig. nulla. *Simillima* praecedentibus; *sed occipite obscuriore, plumbeo; subtus vinacea, magis coerulans; fasciis dorsalibus parum conspicuis.*

Minima; aureo-viridis; subtus cinereo-vinacea; fronte et superciliis obsoletis, albo-canis; occipite cerviceque fusco-cyaneis: interscapilio, gula, genis, pectoreque cyaneo-violaceis, tergi plumis basi plumbeis; uropygio nigricante; tectricibus alarum minoribus late cyaneo-violaceis, apice externo argenteo; inferioribus castaneis: remigibus fuscis, intus subtus rufescentibus: cauda rotundata nigra; rectricibus lateralibus basi obscure plumbeis; extima utrinque externe albicante: rostro robusto, flavo; pedibus rubellis, annulis nigris.

Augustae meae perspicacissimae *dicata.*

4. Columba javanica, *Temm.* quo ad figuram tantum, *nec Auct.* (**chrysochlora**, *Wagl.* excl. patria. - Peristera chrysochlora, *Auct.* - Chalcophaps chrysochlora, *Gould.*) *Knip, Pig.* I. *t.* 26. excl. descript. - *Gould, Austral.* V. *t.* 62. - *Reich., Syst. Av. t.* 260. *f.* 1443, 1444. *ex Austral. m. or. Similis* praecedentibus; *sed major, dilutior; capite colloque ex toto rufo-violaceis: fronte superciliisque rufescentibus concoloribus caudae tectricibus fascia humerali latissima et alba; nigricantibus unicoloribus.*

Juv. *sincipite tantum gulaque rufo-albicantibus.*

5? **Ch. longirostris**, *Gould, Australia Intr. sp.* 424. Fig. nulla. *ex Austral. s. Simillima* Ch. chrysochlorae, *sed mandibulis elongatis, coloribus vividioribus, fasciis uropygialibus magis conspicuis.*

Quid Columba albicapilla, *Gm.* (griseo-capillata, *Bonnat.* pileata, *Scopoli.*) *Sonner., Voy. t.* 66. *ex Ins. Philippinis. Viridis, subtus alba; pileo ex toto albicante?*

6. Peristera **stephani**, *Hombr. et Jacq.* (albifrons, *Temm. Mus. Lugdun.* - Chalcophaps albifrons, *Bp.*

1849. *ex Temm.* - Chalcophaps stephani, *Reich.*) *Voy. au Pole sud. t.* 38. *f.* 2. mas. - *Reich., Syst. Av. t.* 259. *f.* 2595. *ex Ins. Celeb. Nova Guinaea occ. Triton Bay. et Ins. Salomonis,* praecipue *S. Jeorge. Purpurascente-vinacea, subtus dilutior; fronte late alba; occipite violaceo; cervice et interscapilio aureo-violaceis: tergo nigro-castaneo, fasciis duabus latis, cinnamomeis: tectricibus alarum minoribus violaceis apice concolore; mediis, majoribus, et remigibus tertiariis externe, viridi-auratis: cauda rotundata; rectricibus violaceo-rufis, subtus atris; lateralibus fascia subapicali nigricante; extima ad basim cana apice fulva: iridibus nigris: rostro pedibusque rubris.*

Juv. *coloribus vix micantibus; alarum viride minime aurato; rectricum extima utrinque apice albida.*

C. Geopelieae.

Alae elongatae, acutae; remigum prima apice attenuato lesiniformis: cauda longissima, cuneata, rectricibus 14.

Affines Turturinis: analogae *Macropygieis.*

83. **Ocyphaps**, Gould, 1842. Rostrum breve, gracile: pedes debiles; tarso digitum medium longitudine aequante; digito interno breviore quam externus. Alae breviculae, remigum tertia valde angustata, apice lesiniformi: cauda modica vix cuneata. Crista occipitalis horizontalis *vanellacea*! plumis longissimis inaequalibus angustissimis acuminatis. Austr. 1.

Columba ***lophotes***, *Temm.* (Ocyphaps lophotes, *Gould.*) *Pl. col.* 142. mas. - *Gould, Austral.* v. *t.* 60. - *Knip, Pig.* ii. *t.* 13. - *Reich., Syst. Av. t.* 261. *f.* 1449, 1450, 1451. *ex Australia. Canescens; crista cinereo-nigricante; dorso aeneo-purpurascente; tergo magis virescente; colli lateribus roseo-isabellinis: tectricibus alarum minoribus griseo-fulvis, fasciola subterminale nigra; majoribus aureo-viridibus, speculum constituentibus, albo marginatis: remigibus nigricantibus, secundariis externe aeneo-violaceis albo-marginatis: uropygio cum tectricibus caudae superioribus et rectricibus mediis cinnamomeo-brunneis; lateralibus nigro-coracinis apice albis: rostro nigricante, supra ad basin rubicundo: pedibus rubris.*

84. **Erythrauchaena**, Bp. (Geopelia, part. *Gr.*) Oc. 1.

Columba ***humeralis***, *Temm.* (erythrauchen, *Wagl.* - Geopelia humeralis, *Gould.*) *Pl. col.* 191. - *Knip, Pig.* ii. *t.* 5. - *Gould, Austral.* v. *t.* 72. -

Reich., *Syst. Av. t.* 250. *f.* 1383, 1384. *ex Austral. univ. Major: cinereo-brunnea, in cervice rufa, plumis omnibus lunula apicali nigro-cyanea: subtus albo-subvinacea; fronte, genis, jugulo pectoreque plumbeis; gula albicante: alis subtus cum remigum pogonio interno apice excepto, cinnamomeis: rectricibus mediis cinereis, lateralibus fusco-castaneis, apice extima, extus quoque albis.*

85. **Geopelia**, Sw. 1837. (Geopeleia et Tomopeleia, *Reich.* 1850.) As. m. Oc. 4.

a. Tomopelia, *Reich.*

1. Columba ***maugei***, *Temm.* (multicincta? *Temm.* - Tomopeleia maugei, *Reich.* - Geopelia maugei, *Gr.*) *Knip*, *Pig.* I. *t.* 52. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 253. b. *f.* 3380. - *Mus. Paris.* ab Astrolab. *ex Koupang. Timor, Sumbava? Majuscula: cinereo-brunnea; plumis lunula apicali nigricante: subtus alba: sincipite, genis, gulaque pure plumbeo-griseis; nucha rufo-cinerea immaculata; collo undique, lateribusque albo nigroque undulatis; undulis continuis* haud interruptis, *in jugulo pectoreque crebrioribus: remigibus fuscis, intus vivide cinnamomeis; tectricibus inferioribus fulvo-cinnamomeis, unicoloribus: rectricibus mediis fuscis; lateralibus apice latissime albis.*

Quid Columba albiventris, *Blyth*, nec Gr. (Geopeliaalbiventris.) *Cat. Calc. Mus. p.* 235. *sp.* 1427. *ex Timor, similis* praecedenti?

b. Geopelia, *Reich.*

2. Columba ***striata*** et sinica, *L.* - malaccensis, *Gm.* - fowat, *Bonnat.* - bantamensis, *Sparm.* - lunulata, *Brun.* - Geopelia lineata, *Sw.* - G. malaccensis, *Licht.* - G. striata, *Gr.*) *Edw. Glean, t.* 16. - *Sparrm.*, *Mus. Carls. t.* 67. - *Knip*, *Pig.* I. *t.* 47. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 250. *f.* 1385, 1386. *ex Malasia, Java et China, Ins. Mauritii!!!* dubia fide Mercatorum. *Media: cinereo-cinnamomea, plumis lunula apicali nigricante; subtus roseo-vinacea, abdomine crissoque albis: sincipite, genis gulaque pure albo-griseis: nucha rufo-cinerea immaculata; collo undique lateribusque albo nigroque undulatis, undulis interruptis in jugulo pectoreque roseo-vinaceis: remigibus fuscis, intus cinereo-cinnamomeis; tectricibus inferioribus luride cinnamomeis, nigro-undulatis: rectricibus mediis rufo-fuscis, lateralibus nigris apice latissime albis.*

3. ***G. tranquilla***, *Gould.* 1844. *Austr.* v. *t.* 73. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 265. *f.* 1476, 1477. *Minor:*

griseo-cinnamomea, plumis lunula apicali nigricante; subtus albo-vinacea, ventre albido: sincipite, genis, gulaque pure griseo-albis; nucha cinereo-rufa fusco-notata; collo undique latissime, sed vix pectore et minime lateribus, albo nigroque undulatis, undulis continuis et in pectore tantum: remigibus fuscis, intus pallidissime rufescentibus; tectricibus inferioribus obscure castaneis: rectricibus mediis griseo-cinnamomeis lateralibus nigris, apice latissime albis.

4. **G. placida,** *Gould.* (*errore* pallida.) *Proc. Zool. Soc.* 1844. *p.* 55. - *Austr. Introd. sp.* 436. fig. nulla. *ex Australia sept. Port. Essingt. Simillima* praecedenti *sed valde minor. Minima.*

Quid Columba pallida, *Lath.?*

86. **Stictopelia,** Reich. (Stictopeleia. - Geopelia part. *Gould.*) Rostrum minutum, subincurvum: alae longiculae; remigum prima, apice attenuata, sextam superante: cauda valde cuneata; rectricibus strictis. Oc. 1.

Columba **cuneata,** *Lath.* (spiloptera, *Vig.* nec epiloptera, *Vieill.* nec spinolota! Gould. - macquaria, *Quoy et Gaim.* - Geopelia cuneata, *Gould.*) *Voy. de l'Uranie,* 1817. 1820. *t.* 31. - *Knip, Pig.* II. *t.* 41. - *Gould, Austr.* V. *t.* 74. - *Reich., Syst. Av. t.* 250. *f.* 1387, 1388, 1389. *et t.* 265. *f.* 1478, 1479. *ex Australia mer. Rufo-grisea; subtus cum capite colloque albido-plumbea; abdomine, crisso, tectricibusque caudae inferioribus albis: tectricibus alarum inferioribus canis; superioribus punctis albis crebris elegantissimis ornatis; remigibus brunneis, intus et interne rufis; rectricibus mediis brunneis, apicem versus subnigricantibus; lateralibus fere omnino albis.*

FAMILIA 80. CALOENADIDAE.

SUBFAMILIA 198. CALAENADINAE.

Rectricibus 12.

87. **Caloenas,** *Gray.* 1840. (Geophilus, *Selby nec Entom.* - Goura, *Sw. nec Flem.*) Rostrum longiculum, ceromate molle inflato: remigum tertia omnium longissima: plumae cervicales elongatae, acutae, pendulae: dorsales plus minus acuminatae. As. mer. Oc. 1.

Columba! **nicobarica,** *L.* (gallus, *Wagl.* - gouldiae, *J. Gr.* juv. - Geophilus! nicobaricus, *Selby.* - Caloenas nicobarica, *Gr.* adult. - C. gouldiae, *Gr.* juv.)

Pl. enl. 491. - *Edw. B. t.* 139. - *Albin.* III. *t.* 47, 48. - *Levaill., Afr. t.* 279. - *Knip, Pig.* I. *Columbigall. t.* 2. - *Gr. et Hardwicke, Illustr. Ind. Zool.* II. *t.* 37. juv. - *Reich., Syst. Av. t.* 263. *f.* 1467, 1468. adult. *et t.* 244. *f.* 2490. juv. *ex Ins. Andaman et Nicobar., Mergui Archipel, Penins. Malacca. Ins. Philipp. Ins. Mangsi.* Arborea! vix unquam in terram insidens! *Atro-viridis, cupreo-cyaneo micans; subtus aureo-viridis plumis apice cyaneis: capite cyaneo-nigro; plumis colli superis purpurascentibus, inferis aureo-viridibus cyaneo-marginatis: remigibus cyano-nigris: cauda candida tectricum superiorum majoribus tantum, inferioribus omnibus, albis: rostro nigro; iridibus nigris; pedibus atro-purpureis; digitis subtus, unguibusque flavis.*

Juv. *plumis cervicalibus minime elongatis: cauda coracino-viridi.*

FAMILIA 81. GOURIDAE.

SUBFAMILIA 199. *GOURINAE.*

Rectricibus 16.

88. **Goura,** *Flem.* 1822. (Lophyrus, *Vieill.* 1816. *nec Erpetol.* - Megapelia, *Kaup.* 1836. - Ptilophyrus, *Sw.* 1837. - Phasianus p. *Br.* - Colombi-hocco, *Levaill.*) Oc. 2.

1. Columba ***coronata,*** *L.* (Megapelia coronata, *Caban. ex Kaup.* - Ptilophyrus coronatus, *Sw.* - Lophyrus indicus, *Steph.* - coronatus, *Vieill.* - Phasianus cristatus indicus, *Briss.* - Goura coronata, *Flemm.* - Colombi-hocco, *Levaill.*) *Pl. enl.* 118. - *Edw., Av.* III. *t.* 338. - *Briss. Orn.* I. *t.* 26. *f.* 1. - *Sonnerat, Voy. p.* 169. *t.* 104. - *Levaill., Afr. t.* 280. - *Knip, Pig.* I. *Columbigall. t.* 1. - *Mill. Illustr. t.* 16. - *Reich., Syst. Av. t.* 264. *f.* 1473, 1474. *ex Ins. Banda, Java et Nova Guinea. Coerulescens, humeris ferrugineis: speculo alarum albo: abdomine griseo: plumis cristae apice radiis discretis divaricato-fluento.*

2. Lophyrus ***victoriae,*** *Fraser.* 1844. (Columba steursi, *Temm.* - Goura steursii, *Anglorum!!!* - Goura victoriae, *Bp.* Cuique suum.) *Fraser, Proc. Zool. Soc.* 1844. *p.* 27. - *Gr. et Mitch. Gen. B.* II. *p.* 479. *t.* 120. - *Reich., Syst. Av. t.* 264. *f.* 1475. *ex Nova Guinea. Plumis cristae apice compacto; speculo alarum cyaneo-griseo: ventre rufo.*

Ordo 6. *Herodiones.*

TRIBUS I. GRUES.

FAMILIA 82. GRUIDAE.

SUBFAMILIA 200. *GRUINAE.*

A. Grueae.

Rostrum capite longius, apicem versus sensim conico-elongatum.

89. **Grus**, *L.* 1735. *ex Gesner.* (Megalornis, *Gr.* 1841.) Cinereae: remigibus subarcuatis nigris. Eur. As. Afr. Am. s. Oc. 7.

* *Orbis antiqui.*

1. Ardea grus, *L.* (***Grus cinerea***, *Bechst.* - cineracea, *Brehm.* - vulgaris, *Pall.* - communis, *Bechst. Taschenb.* - Grus, *Br.*) *Pl. enl.* 769. - *Belon. Av. p.* 41. *sp.* 6. - *Gesn.*, *Av. p.* 528. *f.* 529. - *Ray*, *Av. p.* 95. *sp.* 1. - *Will. Orn. p.* 374. *f.* 48. - *Albin*, *Av.* ii. *f.* 65. - *Aldrov. Orn.* iii. *p.* 324. *f.* 329. - *Br. Orn.* v. *p.* 374. *t.* 33. - *Mars. Danub.* v. *p.* 6. *f.* 1. - *Buff. Ois.* vii. *p.* 287. *t.* 14. - *Frisch. Av. f.* 194. - *Bloch*, *Berl. Besch.* iv. *p.* 586. *t.* 16. - *Kolbe*, *Vorgeb.* ii. *p.* 141. - *Brehm*, *Vog. Deutschl. p.* 570. *t.* 30. *f.* 2. - *Naum. Vog. Deutschl.* ix. *p.* 345. *f.* 231. - *Bewick*, *Br. B.* ii. fig. in *p.* 29. - *Penn. Br. Zool.* ii. *p.* 7. *f.* 2. - *Selby*, *Brit. Orn.* ii. *p.* 4. - *Yarr. Brit. B.* ii. fig. in *p.* 501. - *Roux*, Orn. *Prov. t.* 36. - *Gould*, *B. of Eur. t.* 270 - *Bouteille*, *Orn. Dauph. t.* 47. *f.* 3. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 214. *f.* 427. *et t.* 215. *f.* 1232. adult. 1233. juv. 1230. *et* 1231. pulli. *ex Eur. As. occ. Afr. s. Plumbeo-grisea; sincipite lorisque nigro-villosis; occipite rubro, pilis nigris tantum sparsis; vitta utrinque ab oculis alba; genis, macula nuchali magna longitudinali, colli lateribus, jugulolque atro-cinereis: remi-*

gibus, tectricibusque majoribus flexilibus, subarcuatis, apice nigris: cauda cinerea, vix corpore obscuriore: rostro 4-pollicari.

Juv. *capitis calvitie vix ulla; collo undique, jugulo et ipso, corpore concoloribus, maculis autem longitudinalibus.*

2. **Gr. longirostris**, *Bp.* (Grus cinerea longirostris, *Temm.* et *Schleg.*) *Faun. Jap.* I. *Av. t.* 72. - *Reich., Syst. Av. t.* 216. *f.* 2858. *ex Japania. Simillima* praecedenti; *sed paullo minor, gula albidiore, et rostro valde longiore* (5½ *pollicari*).

3. **Gr. australasiana**, *Gould.* (Ardea antigone var.? *Lath.* - Grus antigone ex Australia, *Auct.* - Laomedontia! australasiana, *Reich.*) *Gould, Austr. B.* VI. *t.* 48. fig. mala. -*Lath. Gen. Hist.* IX. *p.* 47. *sp.* 13. - *Reich., Syst. Av. t.* 19. *f.* 2691. *ex Australia. Griseo-plumbea, plumis margine valde dilutioribus; subtus plumbeo-alba; occipite nudo rubro; genis sanguineis papillosis: rostro virescente apice cinereo; pedibus nigricantibus.*

4. **Gr. vipio**, *Pall.* (minor alba? *Gm. senior.* - leucachen, *Temm.* - Scops!! (Anthropoides) vipio, *Gr.*) *Pl. col.* 449. - *Pallas, Zoogr. Rosso-As. p.* 171. - *Tyzenhauz, in Rev. Zool.* 1851. *p.* 577. - *Reich., Syst. Av. t.* 214. *f.* 432. *ex As. or. Japan. Cinereo-ardesiaca; capite colloque supra albis; genis late cum fronte nigris: rostro flavido; orbitis, pedibusque purpureis.*

5. **Gr. monacha**, *Temm.* (Antigone! monacha, *Aliquorum*). *Pl. col.* 555. - *Schleg., Faun. Jap. Av. t.* 74. - *Reich., Syst. Av. t.* 214. *f.* 433 *et t.* 216. *f.* 2857. *ex Asia or. Japan. Fusco-brunnea; capite colloque albis: facie superne nigra: rostro flavido; pedibus fusco-virentibus.*

* * *Americae septentrionalis.*

6. Ardea **canadensis**, *L.* (Grus fusca canadensis, *Edw.* - freti hudsonis, *Br.* - mexicana? *Br.* - fusca, *Vieill.* - poliophaea non poliocephala! *Wagl.* - americana juv. *Auct. recent.* - Grus canadensis, *Temm.*) *Edw., Glean. t.* 133. - *Forst., Act. Angl.* 62. *p.* 409. - *Br. Orn.* V. *p.* 386. - *Penn. Arct. Zool.* II. *p.* 443. *sp.* 340. - *Aud. B. of. Amer. t.* 261. - *Id.* 8°. *edit.* V. *p.* 188. *t.* 314. - *Reich., Syst. Av. t.* 217. *f.* 2862. *ex America s. Mexico. Cinerascens, dorso fusco-rufes-*

cente; sincipite dilute rubro, pilis tantum raris, nigris; genis inferne, mentoque albis; jugulo, pectoreque ferrugineo-fusco indutis: tectricibus alarum fusco-rufescentibus, limbo apicali obscuriore; remigibus primariis nigricantibus, rachide albo, subtus fascia obliqua cinereo-albida: cauda paullo obscuriore.

Quid Ardea canadensis var. *β. Auct.* nisi Juv. hujus speciei?

7. Ardea **americana**, *L.* (Grus americana, *Br.* - struthio, *Wagl.*) *Pl. enl.* 889. - *Edw.*, *Glean. t.* 132. - *Catesb. Car.* I. *t.* 75. - *Br. Av.* V, *p.* 382. *sp.* 10. - *Penn. Arct. Zool.* II. *p.* 442. *sp.* 339. - *Buff.*, *Ois.* V. *p.* 382. *sp.* 10. - *Wils.*, *Am. Orn.* VII. *t.* 64. *f.* 3. - *Aud. B. of Am. t.* 226. - *Id.* 8°. *edit.* V. *p.* 188. *t.* 313. adult. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 214. *f.* 429. *et t.* 217. *f.* 2861. adult. *ex Am. s. Mexico. Antill. Candida, macula nuchali nigricante; pileo et vitta utrinque ab oris angulo acute terminata rubris, pilis tantum sparsis, nigris: remigibus primariis rachide et ipso nigris, acutis; dorso proximioribus elongatis; secundariis latis, mollibus, subarcuato-pendulis, more Struthionum!*
Juv. *fusco-rufescente plus minus tinctus; remigibus primariis atro-fuscis.*

90. **Antigone**, Reich. (Grus partim, *Gray*). Rostrum elongatum, validum. Asia 3.

a. Leucogeranus, *Bp.*

Albae; remigibus nigris: caput collumque parum denudata. *Mediae quasi* inter Grues et Ciconias.

1. Grus **leucogeranos**, *Pall.* (Ardea gigantea, *Gm.* - Leucogeranus giganteus, *Bp.* in litt.) *Pl. col.* 467. - *S. G. Gm. It.* II. *p.* 189. *t.* 21. - *Pall. It.* II. *p.* 438. *et* 714. *t.* 8. - *Georg. It. p.* 171. - *Penn. Arct. Zool.* II. *p.* 455. *B.* - *Gould*, *B. of Eur. t.* 271. - *Temm. et Schleg.*, *Faun. Jap. t.* 73. junior. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 214. *f.* 430. *et t.* 217. *f.* 2859. adult. *f.* 2860. juv. *ex As. s. centr. or. et occ. Japan. Sibiria.* circa flumina *Ischimum, Irtim et Ob. Persia:* accidentaliter *Eur. or. Candidissima; fronte et facie ultra oculos nudis, rugosis, setis numerosis subaurantiis obsitis: tectricibus alarum, remigibusque primariis nigris; remigibus tertiariis breviculis: rostro, pedibusque rubris.*
Jun. *alba, maculis plus minus numerosis ochraceis, praecipue in capite colloque conniventibus, et in remigibus tertiariis: rostro pedibusque rubris.*
Juv. *subochrea; subtus albida: capite et rostro nigricantibus; facie ad oculos pedibusque fusco-virentibus.*

2. ***A. montignesia***, *Bp.* (Ardea grus var. *β.? Auct.* - Grus montignesia hinc Leucogeranus montignesius, *Bp.*) *Notes Orn. Coll. Delattre et Class. Parall. in Comptes Rend. Acad. Sc. Paris.* 1854. - *Mus. et Vivar. Paris.* a Montigny 1854. *ex China s.* Figura nulla, sed innumeris in picturis Chinensibus. *Lactea; vertice nudo, rubro, papilloso; fronte pilosa; gula, colloque subtus postice et in lateribus, fusco-cinereis: remigibus et tertiariis elongatis, incurvis, nigris: rostro corneo-virescente; pedibus nigris.*

Chinensibus sacra: amplissimi dignitatis civilis gradus emblema, uti Draco militaris: olim carnifex.

Quid Grus japonensis, *Br.* (japonica! - ***viridirostris***, *Vieill.* - collaris, *Temm. Pl. col.* fig. nulla. - Ardea grus, var. *β. Gm.* - Japon Crane, *Lath.*) *Orn.* v. *p.* 391. - *Enc. Meth.* III. *p.* 1141. *sp.* 7. - *Gen. Hist. B.* IX. *p.* 36. *sp.* 6. *ex China s.* nec Japan. *Alba; pileo rubro, pilis nigris, raris, obsito; collo inferiore et remigibus majoribus nigris: rectricibus duodecim candidis?*

b. Antigone, *Reich.*

Canae; remigibus crispis: caput collumque valde denudata.

3. Ardea antigone, *L.* (Grus antigone, *Pall.* nec *Wagl.* - ***torquata***, *Vieill.* - orientalis, *Franklin.* - Gr. orientalis indica, *Br.* - Gr. antigone et torquata, *Gr.* - Antigone torquata, *Bp.*) *Pl. enl.* 865. - *Edw., Glean. t.* 45. - *Br. Av.* 5. *p.* 378. *sp.* 7. - *Lath. Syn.* III. I. *p.* 38. *sp.* 4. - *Buff. Ois.* VII. *p.* 307. - *Vieill. Gal. Ois. t.* 256. - *Reich., Syst. Av. t.* 214. *f.* 428. *et t.* 218. *f.* 1239. adult. *ex Vieill.* 1240. jun. *ex Franklin. ex Asia m.* et *media* etiam *occ.* ad ripas Lacus *Baikal* et Fluminum *Onan* et *Argum*. *Cano-ardesiaca; capite colloque supremo totis albo-carneis, pilis tantum raris, griseis; collo medio annulo rubro: remigibus secundariis latis, mollibus, elongatis, crispis: cauda nigricante: rostro, pedibusque nigris.*

91. **Laomedontia,** Reich. (Grus partim, *Gr.*) Rostrum gracile, membrana basilare papillosa; caruncula membranacea utrinque infra mandibulae basin, pendula: orbitae late nudae: remiges tertiariae elongatae, subarcuato-pendulae. Afr. m. 1.

Ardea ***carunculata***, *Gm.* (Grus carunculata, *Vieill.* - Laomedontia carunculata, *Reich*) *Forst., Icon. ined.* fig. bona. - *Lath. Syn.* v. *t.* 78. - *Id. Gen. Hist. B.* IX. *t.* 148. - *Gr. et Mitch. Gen. B. t.* 149. - *Reich.*,

Syst. Av. t. 214. *f.* 431. *ex Afr. m. Cap. B. Spei, Caffreria. Maxima* (*Long.* 5-*pedal.*)*: laete ardesiaca; subtus a pectore cum remigibus nigra: rostro rubro, apice nigro; membrana basilare rubra; caruncula mandibulare et collo undique albo-plumosis: orbitis nudis: iridibus croceis: pedibus nigro-plumbeis.*

B. Anthropoideae.

Rostrum breve, basi depressum, apice convexo-tumidum, acutum.

92. **Tetrapteryx,** Thunberg. 1793. (Geranus, *Bp.* 1854. - Anthropoides, part. *Gr.*) Plumae pectorales subelongatae, angustae, laxae: remiges secundariae longissimae, ultra caudam protractae, alas subsidiares simulantes. Afr. m. 1.

Ardea ***paradisea,*** *Licht. senior.* (Tetrapterix capensis, *Thunb.* - Anthropoides stanleyanus, *Vig.* - A. paradiseus, *Gr.* - Grus paradisea et stanleyana, *Wagl.* - Grus capensis, *Less.* - Geranus paradiseus hinc Tetrapteryx paradisea, *Bp.*) *Catal. Hamburg. non Berol. Mus. p.* 28. - *Thunb. Stockh. Vetensk. Akad. Hand.* 1811. *p.* 242. *t.* 8. - *Knowsley's Menag. t.* 14. - *Reich., Syst. Av. t.* 218. *f.* 1238. *ex Africa m.* nec Asia. *Coeruleo-ardesiaca; collo supremo undique nigricante; pileo plumis albis, brevibus, obsito: alis, caudaque nigris: rostro rubro, apice albo; pedibus nigris.*

93. **Anthropoides,** Vieill. (Scops!!! *Gr.* ex Moehring, *nec Auct.*) Fasciculus e plumis elongatis utrinque pone oculos arcuato-reclinatis; juguli plumae subulatae, longae, molles, in pectus dependentes; tectrices caudae superiores acuminatae, pendulae. As. Afr. Eur. acc. 1.

Ardea ***virgo,*** *L.* (Grus numidica, *Br.* - virgo, *Wagl.* - Anthropoides virgo, *Vieill.* - Scops virgo, *Gr.*) *Pl. enl.* 241. - *Edw. Av. t.* 134. - *Albin., Av.* III. *t.* 83. - *Dodart, Mem.* III. *p.* 3. *t.* 35. - *Br. Av.* V. *p.* 388. *sp.* 12. - *Buff., Ois.* VII. *p.* 313. *t.* 14. - *Lath. Syn.* III. I. *p.* 35. *sp.* 2. - *Gould, Eur. B. t.* 272. - *Reich., Syst. Av. t.* 218. *f.* 1237. *ex Afr. s. et occ. As. occ. et centr. circa Mare nigrum et Caspicum;* accidentaliter *Eur. m. et or. Intense ardesiaca; capite, cervice, jugulo hujusque plumis dependentibus nigerrimis; fasciculis plumarum occipitalium sericeo-candidis; vertice griseo: remigibus, rectricibusque nigris: rostro flavo, basi virescente, apice rubro; pedibus nigerrimis.*

94. **Balearica**, Br. (Ciconia, *Moehr. nec Auct.*) Crista occipitalis erecta, effusa, e plumis setaceis: genae nudae: gula carunculata. Afr. 2.

1. Ardea ***pavonina***, *L.* (Anthropoides pavonina, *Vieill.* - Grus pavonina, *Wagl.* - Balearica pavonina, *Gr.* - Balearica, *Br.* - Pavo marinus, *Clusius.* - Grus balearica, *Aldrov.*) *Pl. enl.* 265. - *Clusius, Exot. p.* 105. - *Aldr. Orn.* iii. *p.* 361. *t.* 362, 363. - *Dodart, Mém.* iii. *p.* 199. *t.* 28. - *Besl. Mus. p.* 36. *t.* 9. - *Ray, Av. p.* 95. *sp.* 3. - *Will., Orn. p.* 275. *t.* 48. - *Edw., Glean. t.* 192. - *Bosm., Guin. p.* 260. *t.* 11? - *Br. Av.* v. *p.* 511. *sp.* 1. *t.* 41. - *Buff., Ois.* vii. *p.* 317. *t.* 16. - *Vieill., Gal. Ois. t.* 257. - *Reich., Syst. Av. t.* 215. *f.* 1234-36. *ex Africa, As. occ. Ins. mediterr. Eur.* accidentaliter. *Genis inferne late roseis; paleari restricto (minimo); juguli plumis pendulis nigricantibus.*

2. Ardea ***regulorum***, *Licht. sen.* (Grus regulorum, *Auct.* - Anthropoides regulorum, *Vig.* - Balearica regulorum, *Gr.* - Pfau, *Kolb.*) *Vorgeb.* ii. *p.* 245. *t.* 7. *f.* 5. - *Petiv. Gazoph. t.* 76. *f.* 9. - *Knowley's Menag. t.* 13. - *Reich., Syst. Av. t.* 216. *f.* 2855, 2856. *ex Afr. m. Genis superne roseis; paleari extenso (magno); juguli plumis pendulis, coerulescentibus.*

FAMILIA 83. PSOPHIIDAE.

SUBFAMILIA 201. PSOPHIINAE.

95. **Psophia**, Barr. (Agami, *Buff.*) Am. m. 3.

1. ***Ps. crepitans***, *L.* (Grus psophia, *Pall.*) *Pl. enl.* 169. - *Condam. It. p,* 174. - *Fermin, Surin.* ii. *p.* 162. - *Br. Av.* i. *p.* 227. *sp.* 5. - *Buff., Ois.* iv. *p.* 487. *t.* 13. - *Barr. Av. p.* 62. - *Id. Fr. aequin. p.* 132. - *Pall. Misc. Zool. p.* 66. *f.* 1. - *Id. Spicileg. Zool.* iv. *t.* 1. - *Reich., Syst. Av. t.* 213. *f.* 1226. *ex Cayenna Guiana. Nigra; tergi plumis strictis griseis; jugulo inferne violaceo viridique micante: rostro nigro; pedibus fusco-flavis.*

2. ***Ps. viridis***, *Spix, Av. Bras.* ii. *t.* 83. - *Reich., Syst. Av. t.* 213. *f.* 1227. *ex Brasil. Mus. Paris. ex Mus. Ulyssipon.* a summo Geoffroyo 1808. a Deville et Castelnau 1847. *Nigra; tergi plumis strictis brunneo-olivaceis; jugulo inferne cupreo-aeneo: rostro pedibusque fuscis.*

3. ***Ps. leucoptera***, *Spix*, *Av. Bras.* II. *t.* 84. - *Gr. et Mitch. Gen. B. t.* 148. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 213. *f.* 1228, 1229. - *Mus. Paris.* ab Orbign. ex Boliv. et a Castelnau 1840 *ex Brasil. Capite, collo supra pectore abdomineque nigris; dorso, remigibusque externis fuscis; tergi plumis strictis remigibusque internis albis: rostro albo; pedibus fuscis.*

FAMILIA 84. SARIAMIDAE.

SUBFAMILIA 202. *SARIAMINAE.*

96. **Sariama**, Marcgr. (Microdactylus, *Geoffr.* - Dicholophus, Ill. - Lophorhynchus, *Vieill.*) Am. m. 1.

PALAMEDEA ***cristata***, *L.* (Cariama, *Br.* - C. cristata, *Cuv.* - Microdactylus marcgravii, *Geoffr.* - M. cristatus, *Aliq.* - Dicholophus cristatus, *Ill.* - Lophorhynchus saurophagus, *Vieill.*) *Pl. col.* 237. - *Marcgr. Bras. p.* 202. - *Will. Orn. p.* 276. *t.* 51. - *Ray, Av. p.* 96. *sp.* 6. - *Br. Av.* V. *p.* 516. *sp.* 1. - *Buff.*, *Ois.* VII. *p.* 325. - *Lath. Gen. Hist.* IX. *p.* 12. *t.* 142. - *Vieill. Gal. Ois. t.* 259. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 274. *f.* 1526, 1527. - *Burmeister*, *Beitr. Naturg. Seriama*, *in Abh. Nat. Ges. Halle* 1853. *p.* 4. *t.* 1. *et* 2. *ex Brasil. Brunnea, nigricanti striolata; gula abdomineque albicantibus; plumis pectoralibus rachide alba: remigibus intense fuscis pogonio interno maculis albis nigro punctatis: rectricibus nigris, basi apiceque late albis: rostro rubello; pedibus fusco-flavis.*

GYPOGERANO generi ACCIPITRUM analogiam, minime vero affinitatem praebet.

FAMILIA 85. ARAMIDAE. Digiti fissi.

SUBFAMILIA 203. *ARAMINAE.*

97. **Aramus**, Vieill. (Notherodius, *Wagl.* - Rallus, part. *Spix.*) Am. calid. 1.

ARDEA ***scolopacea***, *Gm.* (Aramus carau *et* scolopaceus, *Vieill.* - A. guarana, *Reich.* - Notherodius guarauna! *Wagl.* - Rallus ardeoides, *Spix.* - R. gigas, *Licht.* - R. guarauna, *Ill.* - R. giganteus, 1826, hinc Aramus scolopaceus, *Bp.*) *Pl. enl.* 848. - Guarauna, *Marcgr. Bras. p.* 204. - Carau, *Azara*, *Voy.* IV. *p.* 223. *sp.* 366. - *Vieill. Gal. Ois.* II. *p.* 134. *t.* 252. -

Spix, Av. Bras. t. 91. - *Goldfuss, Nat. Atlas, Av. t.* 239. - *Bp. Am. Orn.* III. *p.* 111. *t.* 26. *f.* 2. juv. - *Aud. Am. B. t.* 377. mas. ad. - *Id.* 8°. *edit.* v. *p.* 181. *t.* 312. mas. ad. - *Reich., Syst. Av. t.* 214. *f.* 454. juv. *ex Bras. Mexico, Florida, Columbia. Ins. Cuba. Aeneo-ciocolatinus, in capite minus obscurus; gula albida: plumis colli secus medium albis; rostro fusco-olivaceo, mandibulae basi flavicante; pedibus plumbeis.*

Juv. *valde dilutior; capite colloque anterius brunneo-griseis; subtus cinereo-brunneus: maculis albis valde, crebrioribus numerosioribus; uropygio, remigibus, rectricibusque tantum immaculatis: rostro flavo virescente, apice, pedibusque fuscis.*

TRIBUS II. CICONIAE.

FAMILIA 86. CICONIIDAE.

SUBFAMILIA 204. *CICONIINAE.*

Rostrum robustum, conicum: tarsi reticulati; digiti subpalmati; ungues obtusi, subtegulares.

98. **Ciconia,** *L. olim,* ex Belon. Albae: orbitae plumosae: digiti breves. Eur. As. Afr. Am. m. 2.

1. ***C. alba,*** *Br.* (Ardea ciconia, *L.* - C. alba, albescens, nivea et candida, *Brehm.*) *Pl. enl.* 866. - *Belon, Av. p.* 45. a. - *Gesn. Av. p.* 262. - *Aldrov. Orn.* III. *p.* 291. - *Jonst. Av. p.* 147. *t.* 50. - *Willoughb. Av. p.* 45. a. - *Br. Orn. p.* 210. *t.* 50. - *Ray, Av. p.* 97. - *Alb. Av.* II. *p.* 59. *t.* 64. - *Marsigli, Danub.* v. *p.* 26. *t.* 11. - *Br. Av.* v. *p.* 365. *t.* 32. - *Buff., Ois.* VII. *p.* 253. *t.* 12. - *Naum. Vog. Deutschl.* IX. *p.* 231. *t.* 228. - *Bew. Br. B.* II. *f. in p.* 32. - *Selb., Br. Orn.* II. *p.* 45. - *Yarr. Br. B.* II. *f. in p.* 554. - *Roux, Orn. Prov. t.* 324. - *Gould, Eur. B. f.* 283. - *Bouteille, Orn. Dauph. t.* 48. *f.* 1. - *Reich., Syst. Av. t.* 165. *f.* 449, 450. *ex Eur. As. Afr. s. Senegal. Alba; alis nigerrimis: loris rectricte nigricantibus: rostro pedibusque rubris.*
   Juv. *alis fuscis; rostro nigro-rubente.*

2. Ardea ***maguari,*** *Gm.* (Ciconia americana, *Br.* - C. jabiru, *Spix.* - C. maguari, *Temm. nec Spix.*) *Marcgr., Brasil. p.* 204. - *Klein, Av. p.* 125. *sp.* 3. -

Ray, *Av.* *p.* 97. *sp.* 3. - *Will. Orn. p.* 211. - *Jonst*, *Av.* *p.* 139. - *Br. Orn.* v. *p.* 369. *sp.* 3. - *Buff.*, *Ois.* VII. *p.* 275. - *Lath. Syn.* III. I. *p.* 50. *sp*, 10. - *Gould*, *Eur. B. t.* 285. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 165. *f.* 451, 452. *ex Am. m. Brasil. Montevideo*, minime europaea. *Alba; alis et tectricibus caudae superioribus nigro-coracinis: loris latissime papillosis, gulaque laevi, rubris; rostro corneo, basi flavicante; pedibus rubris.*

Juv. *fusco-nigricans, ventre albo.*

99. **Melanopelargus,** Reich. (Ciconia, part. *Gr.*) Nigricantes: pedes breviculi; digiti elongati. Eur. As. Afr. Oc. 2.

1. CICONIA ***nigra***, *Belon.* (fusca, *Brehm.* - Ardea nigra, *L.* - fusca, *Br.* juv. - chrysopelargus, *Licht. senior.*) *Pl. enl.* 399. - *Belon*, *Av.* 145. - *Gesn. Av.* 273. - *Aldr. Orn.* III. *p.* 310. *t.* 371. - *Ray*, *Av. p.* 97. *sp.* 2. - *Will.*, *Orn. p.* 286. *t.* 52. - *Albin.*, *Av.* III. *t.* 82. - *Br. Orn.* v. *p.* 362. *t.* 31. - *Scopoli*, *Orn.* I. *sp.* 124. - *Brunn. Orn. sp.* 157. - *Naum. Vog. Deutschl.* IX. *p.* 279. *t.* 229. - *Selby*, *Br. Orn.* II. *p.* 48. - *Roux*, *Orn. Prov. t.* 325. - *Yarr. Br. B.* II. *f. in p.* 558. - *Gould*, *B. Eur. t.* 284. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 165. *f.* 453. adult. *f.* 454. juv. - *Bouteille*, *Orn. Dauph. t.* 48. *f.* 2. *ex Eur. or. et m. Germania, Asia occ. Africa, etiam m. et or. Fusco-cuprea; abdomine ventreque albis: rostro, orbitis laevibus, mento, pedibusque ruberrimis.*

Juv. *fuscus, vix micans et plumis apice pallescentibus; subtus albus: rostro, gula, pedibusque fusco-olivaceis.*

2. ARDEA ***leucocephala***, *Gm.* (Ciconia umbellata, *Wagl.* - C. leucocephala, *Blyth.* - C. microscelis, *Gr.* juv. - Melanopelargus leucocephalus, *Bp.*) *Pl. enl.* 906. - *Linn. Trans.* XIII. *p.* 188. - *Mitch. Gen. B. t.* 151. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 165. *f.* 456. adult. *et t.* 144. *f.* 2388. juv. *ex Asia m. et or. Malasia. Ex virescente nigricante-violacea, in pectore purpurascens; abdomine crissoque albis: fronte, mento, et collo undique albis, plumulis densis, brevibus, mollis; vertice et occipite nigris; collo infimo plumis longis quadrato-truncatis nigro-virentibus apice violaceis umbellato: tectricibus alarum minoribus margine extremo late purpureo: cauda alba, rectricibus utrinque quatuor extimis aeneo-nigris.*

Juv. *ventre latissime caudaque albis.*

* 100. **Abdimia,** Bp. (Sphenorhynchus, *Hempr. nec Wied.* - Ciconia, part. *Gr.*) Rostrum breviculum culmine

frontem intrans, rectum, compressiculum: facies, cum genis, gula orbitisque nuda: pedes breves. Afr. 1.

SPHENORHYNCHUS ABDIMII, *Hempr.* (Ciconia abdimii, *Licht.* - ***Abdimia sphenorhyncha***, *Bp.*) *Symbolae Phys. Av.* II. *t.* 5. - *Rupp. Atl. t.* 8. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 165. *f.* 455. *ex Afr. or. et occ. Abyssinia, Aegypto, Nubia, Senegambia, Guinea, Damara! Nigro-virens; capite colloque violaceo-purpurascentibus; tergo, tectricibus caudae superioribus, pectore, abdomineque albis: rostro virescente, apice sanguineo; facie genisque coeruleis; gula orbitisque aurantiis.*

*101. **Ephippiorhynchus**, Bp. (Mycteria, part. *Gr.*) Rostrum altum, magnum, gonyde perascendente; clypeo frontale membranaceo triangulare: regione periophthalmica nuda; lobulo carnoso, ad angulos oris hinc inde affixo: caput collumque plumosa. 1.

MYCTERIA ***senegalensis***, *Shaw.* (Ciconia ephippiorhyncha, *Temm.* - C. senegalensis, *Vieill.*? - Ephipiorhynchus senegalensis, *Bp.*) *Linn. Trans.* v. *p.* 32. *t.* 3. caput. - *Lath. Ind. Orn. Suppl. p.* 64. - *Pl. col.* 64. - *Vieill. Gal. Ois. t.* 255. - *Bowdich*, *Excurs. Mad. p.* 229. - *Rupp. Atl. t.* 3. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 166. *f.* 444. *ex Senegal. Gambia, Abyssinia. Alba; capite colloque nigro-virentibus: scapularibus, tectricibus alarum infra supraque, et cauda nigro-coracinis: rostro sanguineo, fascia basilari lata nigra, basi ipsa amaranthina; orbitis et lobulo carnoso flavis: pedibus viridibus, fascia suffraginis albido-rosea.*

*102. **Xenorhynchus**, Bp. (Mycteria, part. *Gr.*) Rostrum altum, ingens, apice sursumversum, eclypeatum, lobulis nullis: caput collumque dense plumosa. As. Ocean. 2.

1. MYCTERIA ***australis***, *Shaw.* (Ciconia australis, *Temm.* - leucoptera, *Wagl.* - Xenorhynchus australis, *Bp.*) *Nat. Misc. t.* 601. - *Lath. Gen. Syn. Suppl.* II. *p.* 294. *t.* 138. - *Ind. Orn. Suppl. t.* 64. - *Gould*, *Austr.* VI. *t.* 51. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 166. *f.* 445. *et t.* 144. *f.* 2387. *ex Australia. Alba; capite et collo maxima parte nigerrimis aeneo-viridi cyaneoque micantibus: dorso medio remigibusque secundariis ex virescente nigris: tectricibus alarum posticis deorsum arcuatis: rectricibus basi nigro-virentibus, a medis ad api-*

cem nigris: rostro nigro; gula nuda! rubra, pedibus rubris.

2. Ardea **indica**, *Lath.* (*nec* Mycteria asiatica *quae* Anastomus! - Ciconia xenorhyncha, *Wagl.* nec leucoptera. - Mycteria australis ex India, *Auct.* - Mycteria hinc Xenorhynchus indicus, *Bp.*) *J. Gr. et Hardwick, Ill. Ind. Zool.* I. *t.* 64. *ex As. m. Bengal. Malasia? Alba; capite ex toto plumoso et collo undique nigro-violaceis; tectricibus alarum majoribus infra supraque, scapularibus, dorso infimo, caudaque aeneo-nigris, deauratis: rostro nigro; pedibus rubris.*

103. **Mycteria**, L. Rostrum ingens, altissimum, maximum, apice sursumversum: collum et caput nuda. Am. m. 1.

M. americana, *L.* (americana, *Gm.* excl. var. *β. Gm.* quae Avis Ibina. - Ciconia mycteria, *Ill.* - C. brasiliensis, *Br.* nec guianensis. - C. maguari, *Spix*, *nec Temm.*) *Pl. enl.* 817. - Jabicu-guaçu, *Pison, H. N. Bras. p.* 87. - *Marcgr. Hist. Br. p.* 201. *nec* 200. qnae Ibina. - *Ray*, *Av. p.* 96. *sp.* 5. - *Will. Orn. p.* 276. *nec f.* 47. - Toujoujou, *Bajon, Mem. Hist. Cayenn.* II. *p.* 263. *f.* 3. - *Buff., Ois.* VII. *p.* 280. *t.* 13. - *Lath. Syn.* III. I. *p.* 22. *sp.* 1. *t.* 75. - *Gould, Eur. B. t.* 85. - *Reich., Syst. Av. t.* 166. *f.* 443. *ex Am. m. Brasil. Guiana*, minime Eur. *Alba; capite et collo nudis nigris; plumulis nonnullis nuchalibus subvillosis albidis; annulo colli infimi raro-piloso maculaque occipitali rubris; colli cute laevissima: rostro toto nigro.*

Juv. *plumis albidis late fusco-limbatis; occipite et cervice subvillosis nigricantibus, macula rubra nulla.*

104. **Argala**, Leach. (Leptoptilos, *Less. nec Sw.* - Osteorophea, *Hodgs.*) Rostrum altum, maximum; caput et collum nuda: sacculus membranaceus jugularis pendulus: alae tectricibus longis, latis, rotundato-truncatis, deorsum versis: plumae crissi elongatae, sericeae, molles, nutantes, (mercaturae materies faeminarum ornamentum.) As. m. Afr. Oc. 3.

1. Ardea dubia ex Africa, *Auct.* (Ciconia argala, *Temm.* - C. marabou, *Vig. nec Temm.* - C. ***crumenifera***, *Cuv.* - Leptoptilos crumenifera, *Hartl.* - Argala crumenifera, *Bp.*) *Pl. col.* 301. - *Wagl., Syst. Av. Mycteriae sp.* 2. - *Less. Tr. Orn. p.* 585. - *Sundev. Phys. Sällsk. Tidskr.* 1838. *p.* 195. - *Bennett, Gard. et Menag. Zool. Soc. London.* II. *p.* 273. cum fig. - *Reich., Syst. Av. t.* 66. *f.* 448. - *Mus. Paris. ex Afr. or. m.*

occ. Seneg. Guinea; Aegypto ad Nilum, Capite B. Spei. Fusco-cinerea, dorso virescente; subtus alba: tectricibus alarum majoribus et remigibus secundariis obscurioribus et albo-limbatis; remigibus rectricibusque ardesiacis: rostro flavo unicolore, mandibulis rectis; naribus oblongis; iridibus fuscis; pedibus nigris.

2. ARDEA **dubia,** *part. Gm.* (argala, *Lath. nec Temm.* - Ciconia marabou, *Temm. nec Vig.* - marabu, *Wagl.* - nudifrons, *Jerd.* juv. - Argala migratoria, *Hodgs.* - Argala dubia, *Bp.* - Leptoptilos argala, *Blyth.*) *Pl. col.* 300. - *Lath. Gen. Hist.* IX. *p.* 38. *sp.* 8. *t.* 146. - *Reich., Syst. Av. t.* 166. *f.* 447. adul. et juv. *ex India* etiam Urbicola. *Ardesiaca, dorso concolore; subtus et in cervice alba: capite sordide maculato colloque nudis carneis: rostro flavido unicolore, maxilla subcurvata; naribus ovatis: iridibus albis.*

Juv. *Fuscescens, cinereo et nigricante lavata; capite colloque subpilosis; occipite nuchaque plumulosis.*

3. ARDEA DUBIA, *Raffles, ex Lath. part.* (Ciconia **javanica,** *Horsf.* - capillata, *Temm.* - calva, *Jerdon.* - nudifrons, adult. et cristata, juv. *Mac Clell.* - Leptoptilus javanicus, *Blyth.* - Argala immigratoria? *Hodgs.*. - A. dubia *ex Sumatra*, *Auct.* - A. javanica, *Bp.*) *Trans. Linn. Soc.* XIII. *p.* 188. - *Lath. Gen. Hist.* IX. *p.* 42. *sp.* 10. *t.* 147. juv. - *Pl. col.* 312. - *Reich., Syst. Av. t.* 166. *f.* 446. *ex Malasia; Java, Sumatra. Ins. Moluccis,* numquam in urbis. *Ex nigricante virescens, in dorso alisque tanquam pulverulenta plumis numerosis obscure undulatis; subtus alba saepe tenuissime undulata et fascia pectorali interrupta adumbrata: pilei clypeo plano osseo albo-flavido, hinc inde et postice cum gula nuda coccineo; fasciculo mentali et occipitali e plumulis criniformibus crispis: alis extus medio maculis circiter duodecim purpurascentibus seriatim dispositis; remigibus secundariis aeneo-violaceis, tertiariis albo-limbatis: cauda aeneo-virescente: rostro flavo, apice rubro; mandibula verticaliter rugosa: pedibus nigris: sacculo jugulari vix ullo.*

Juv. *cinereo-virens; collare nigro-punctato: fasciculo plumularum criniformium occipitali magno.*

SUBFAMILIA 207. *ANASTOMATINAE.*

Rostrum in medio hians!

105. **Anastomus,** Bonn. (Hians, *Lacép.* - Rhynchochasme, *Hermann.* - Chenoramphus, *Dumont.* - Apertirostra, *v. d. Patte.*) As. m. 1.

Ardea **pondiceriana** juv. et coromandeliana adult. *Gm.* (Anastomus oscitans, *Bonn.* - An. typus, *Temm.* - albus, adult. *et* cinereus juv. *Vieill.* - Hians asiaticus, *Less. nec Lath.* - An. pondicerianus, *Caban.*) *Pl. enl.* 932. juv. - *Sonner. Voy. Ind.* II. *p.* 219. *t.* 122. adult. - *Reich., Syst. Av. t.* 167. *f.* 439. adult. *ex India univers. Albus; tergo alisque nigris: rostro pedibusque flavis.*

Juv. *cinereus, remigibus nigris.*

106. **Hiator,** Reich. (Anastomus, part. *Gr.*) Gula et regio anteocularis nudae: plumae colli, ventris et tibiarum in lamellam longiculam, corneam exeuntes. Afr. m. 1.

1. PELECANUS ***varius***, *Gm.* (Pelecanus pica, *Forster.* - fuscescens, *Vieill.* juv. - Phalacrocorax hypoleucus, *Gould.* - fucosus? *Peale.* - Graculus varius, *Gr.* - Hypoleucus varius, *Reich.*) *Forster, Descript. Anim. p.* 104, *et Icon. ined. t.* 106. - *Gould, Austr.* VII. *t.* 68. - *Reich. Syst. Av. t.* 63. *f.* 874. *Mus. Lugdun. ex Australia, Nova Zelandia.* Gregarius. *Maximus* (*Long.* 2⅓ *pedal.*)*: haud cristatus: viridi-coracinus; tectricibus alarum brunneo-aeneis atro-limbatis; subtus et in capitis collique lateribus latissime candidus: angulis oris, mandibulaeque basi nudis: cauda cum tectricibus atra opaca: orbitis cyaneis: loris aurantiis: pedibus nigris.*

Juv. *fusco-brunneus, plumis pallii margine pallido; subtus albo cinereoque nebulosus.*

2. PHALACROCORAX ***leucogaster***, *Gould,* 1837. (Carbo hypoleucus, *Brandt.* - Graculus leucogaster, *Gr.* - Hypoleucus leucogaster, *Reich.*) *Proc. Zool. Soc. Lond.* V. *p.* 156. - *Id. Syn. B. of Aust.* IV. - *Id. B. of Australia* VII. *t.* 69. - *Reich. Syst. Av. t.* 63. *f.* 875. 876. *ex Australia mer. Similis* praecedenti: *sed minor; rostro nigro minus robusto; color magis uniformis, pallio viridi-aeneo fere concolore.*

Ad. nupt. temp. *nucha et cervice plumulis candidis obsitis; orbitis lorisque violaceis.*

3. PELECANUS ***cirrhatus***, *Gm.* (Graculus cirrhatus, *Gr.* - Carbo cirrhatus, *Brandt.* - Phalacrocorax cirrhatus, *Dmm.* - Ph. atriceps, *King.* - Hypoleucus cirrhatus, *Bp.*) *Zool. Journ.* IV. *p.* 102. *sp.* 64. *ex Am. m. Chili. Major (Long. 2¼ pedal.): atro-coracinus; subtus, et in colli lateribus abrupte candidus: rostro elongato, robusto, pedidusque flavicantibus.*

162. **Sticticarbo**, Bp. 1854. (Graculus, *p. Gr.* - Hypoleucos, *p. Reich.*) Majusculi: rostrum elongatum, gracile, sed basi paullo incrassata; gula nuda: remigum 2a omnium longissima: cauda brevis, rectricibus 14. Color laete griseus maculis punctisque albis et nigris. Ocean. Am. m. 2.

1. CARBO ***gaimardi***, *Garnot* (cirriger, *King.* - Graculus gaimardi, *Gr.* - Hypoleucus gaimardi, *Reich.* - Sticticarbo gaimardi, *Bp.*) *Voy. Coquille Ois. t.* 48. - *Reich. Syst. Av. t.* 61. *f.* 370. - *Mus. Paris. Lugdun.* etc. *ex Am. m. Chili. Cinereo-brunneus, pallii plumis apice cinereo-argenteis, nigro marginatis; collo hinc inde litura magna alba: rostro pedibusque aurantiis.*

Species aberrans ad *Graculos* vergit *rostro, basi crasso, apice subadunco.*

2. PELECANUS ***punctatus***, adult. et P. naevius, juv. *Gm.* (Hydrocorax dilophus, *Vieill.* excl. fig. *nec Cuv.* - Carbo punctatus, *Temm.* - Graculus punctatus, *Gr.* - Phalocrocorax punctatus, *Gould.* - Hypoleucus punctatus, *Reich.* - Sticticarbo punctatus, *Bp.*) *Forster, Descr. Anim. p.* 104. *et Icon. ined. t.* 103. - *Sparrm. Mus. Carls.* I. *t.* 10. - *Lath. Syn.* VI. *p.* 602. *f.* 104. - *Gould, B. of Austr.* VII. *t.* 71. - *Reich. Syst. Av. t.* 63. *f.* 871. *et t.* 61. 369. *Mus. Paris. Lugdun. etc. ex Nova Zelandia. Ex brunneo griseus, plumis singulis pallii rachide obscura et macula apicali parva nigra; pileo et cervice immaculatis obscurioribus: subtus cum genis et colli lateribus ex griseo-vinaceo albicaute; tergo, femoribus, crisso, tectricibusque caudalibus infra supraque nigro-viridibus: rostro ad basin pedibusque aurantiacis.*

Adult. nupt. temp. *gula et fascia longitudinali a fronte ad dorsum nigricante; plumis nigris femoralibus albovariegatis; crista duplici frontali et occipitali* perinsignis.

Species typica ad *Uriles* vergit *rostro a basi gracili, subcylindrico, recticulo.*

* 163. **Urile**, Bp. 1856. ex Stellero (Graculus *p. Gr.* - Graculus et Hypoleucus *p. Reich.*) Majusculi: rostrum elongatum, gracillimum a basi minime incrassata, aequilatum, subcylindricum, fere *Trochilaceum!* gula plumosa: remigum 3a omnium longissima: cauda brevis, rectricibus 12. Color supra niger; subtus albus, vel capite saltem plus minus albo signato. As. s. or. Am. 7.

URILE. Nigri.

1. PELECANUS URILE, *Gm.* (Graculus urile *et* violaceus, *Gr.* - Phalacrocorax ***bicristatus***, adult. et pelagicus, juv. *Pall.* - Ph. resplendens, *Audubon.* - Carbo bilophus, *Brandt.* - C. bicristatus, *Temm.* - Graculus bicristatus, *Gr.* - Urile bicristata, *Bp.*) Urile seu Pelecanus graculus! *Steller, Camtschatka, p.* 157. - *Penn. Arct. Zool.* II. *p.* 584. - *Lath. Syn. Av.* III. II. *p.* 601. *sp.* 17. - *Pall. Zoogr. Rosso-As.* II. *p.* 301. *t.* 75. *f.* 2. - *Nov. Comm. Petrop.* IV. *p.* 423. - *Brandt, Fig. ined. Faun. Ross. t.* 5. *f.* 3. - *Schleg. Faun. Japon. Av. p.* 130. *t.* 84 adult. nupt. temp. *t.* 84 B. hornot. - *Reich. Syst. Av. t.* 66. *f.* 2740. 2741. *et t.* 67. *f.* 2750. - *Audub. Am. B. t.* 422. *f.* 1. *Orn. Biogr.* V. *p.* 148. - *Id.* 8°. *edit.* VI. *p.* 440. *t.* 419. adult. *ex As. s. maxime or. Kamtschatka. Ins. Aleutic. Curilis, Am. Ross. Oregon. Major* (*Long.* 2. *ped. et* 10. *poll*)*: atro-viridis nitens, alis caudaque obscurioribus, fere opacis: cute faciali nuda rubro-cyanescente; gutture orbitisque albis: rostro maxilla nigra, mandibula rubra; pedibus nigris.*

Adult. nupt. temp. *atro-chalybeus; collo plumulis linearibus albis sparso: loris palpebrisque nudis, rubro-papillosis: humeris et hypochondriis purpureo-nitentibus; fasciculo pennarum albarum hinc inde supra femora.*

Juv. *minor; haud cristatus; alis longioribus; palpebris tantum papillosis; rostro tenuiore.*

Quid Phalacrocorax albidus, *Pall. Zoogr. Rosso-Asiat.* II. *p.* 105. nisi var. albina?

2. CARBO ***penicillatus***, *Brandt* (mentalis, *Temm.* juv. - chilensis, *Mus. Bremens.* - Graculus penicillatus, *Gr.* - magellanicus! *Reich. nec Auct.* - Urile penicillatus, *Bp.*) *Bull. Sc. Acad. Petersb.* III. *p.* 350. - *Reich., Syst. Av. t.* 66. *f.* 2742. 2743. juv. *Mus. Brem. ex Am. m. Chili. Mus. Lugdun. ex Ins. Falkland. Majusculus* (*Long. bipedalis*)*; subcristatus, crista dupli-*

ci: facie tota nuda, fulva, ecarunculata: nigro-violascens in collo, in capite virescens; dorso, pectore, abdomine, crisso, femoribusque viridi-nitentibus; plumis pallii splendide viridibus, margine nigro: gula pallide flavescente; hypochondriis albis: in regione parotica et supra humeros plumis elongatis, angustissimis, albis, setaceis, uti pennicillatis: rectricibus brevibus, rachidibus nigerrimis.

Adult. *collo punctis albis, plumulisque elongatis, setaceis, sparso: vitta gulari alba a rostri basi ad penicillos auriculares.*

Juv. *nigro-fuliginosus, unicolor; gula albida.*

3. Haliaeus ***egretta***, *Bp.* (Urile egretta, *Bp.*) *Comptes Rendus Acad. Sc.* 1856. xli. *p.* 21. *sp.* 52. *Mus. Paris. ex Patria ignota. Amer. m.? Longitudo 22-poll.: purpureo-nigricans, unicolor; dorsi plumis griseo-chalybeis, nigro marginatis: penicillo magno plumarum candidarum hinc inde pone aures.*

Leucocarbo. Picati.

4. Carbo ***bougainvillii***, *Less.* 1837. (albigula, *Brandt.* - Graculus albigula, *Gr.* - Hypoleucus bougainvillii, *Bp.*) *Bull. Sc. Acad. Imp. Petersb.* iii. *p.* 57. - *Reich., Syst. Av. t.* 60. *f.* 2309. *et* 2310. pessima *ex Peru. Atro-purpureus viridi-nitens, etiam in capite cristato et undique circa collum; humeris tectricibusque alarum atro-fuscis vix virescentibus, in margine nigricantibus: subtus, et in gulae medio candidus: cauda brevi, cuneata, ex toto atra: rostro longissimo, flavo.*

5. Pelecanus ***carunculatus***, *Gm.* (Phalacrocorax imperialis, *King.* ad. nupt. temp. - Ph. carunculatus, *Auct.* - Graculus cirrhatus! *Gr.* - Carbo imperialis, *Brandt.* - C. carunculatus, *Brandt.* - C. albiventer, *Less.* *nec Fisher.* - Hypoleucus nunc Urile carunculatus, *Bp.*) *Forst. descript. Anim. p.* 102. *et Icon. ined. t.* 109. - *Proc. Zool. Soc.* 1830. *p.* 30. *ex Am. m. Chili! Magellan. Coracino-violaceus, dorso alisque aeneo-viridibus: subtus cum colli lateribus et fascia alari lata, albus: rectricum rachidibus ex toto nigris: rostro flavido, basi carunculato, gracili; maxillae tomiis basalibus expansis.*

Adult. nupt. tempore *crista frontali recurva; papilla superciliari rubra; spatio dorsali mediano albo.*

6. Carbo ***purpurascens***, *Brandt.* (Graculus purpurascens, *Gr.* - Phalacrocorax sarmientanus? *King.* - Ph. nycthemerus! *Caban. Mus. Berol.* 1855. - Hypoleucus nycthemerus, *Reich.* - Urile purpurascens, *Bp.*) *Bull. Sc. Acad. Imp. Petersb.* III. *p.* 56. *Mus. Bruxell. ex Chili, Ins. Falcklandicis. Atro-purpureus viridi-nitens, tectricibus alarum humerisque splendentissimis: gulae mediae et colli inferioris parte, pectore, abdomine, crisso, nec non fascia transversa pone alarum marginem interiorem, albis: cauda brevicula, aequali, atra, rachidibus basi albis: rostro brevi, gracili; pedibus fusco-flavescentibus.*

7. Pelecanus ***magellanicus***, *Gm.* (Carbo magellanicus, *Forster.* - Phalacrocorax erythrops, *King.* - Graculus magellanicus, *Gr.* - leucotis, *Cuv. nec Auct.* - Urile magellanicus, *Bp.*) *Forster, Descript. Anim. p.* 356. et *Icon. ined. p.* 105. nec *Reich., Syst. Av. t.* 66. *f.* 2742. 2743. quae U. penicillatus, juv. - *Mus. Paris. ex America m. Cristatus: totus atro-virens parum micans, et plumis pallii fere concoloribus; orbitis cum facie et spatio hinc inde mandibulare denudatis, rubris; gula media plumis nigris vestita; cristae plumarum basi, macula subauriculari hinc inde magna, juguli centro, pectore, abdomine, lateribus, crissoque, sed non tectricibus subcaudalibus, candidis: rostro brevissimo, gracillimo, nigro.*

165. **Haliaeus**, Bp. ex Ill. (Microcarbo si videbitur. - Graculus, *p. Gr.*) Minores: rostrum breve; gulae parte nuda a plumulis acute divisa: remigum 2ª omnium longissima: cauda praelonga, cuneiformis. E. As. Afr. Oc. 9.

* *Hypoleuci.*

1. Hydrocorax ***melanoleucus***, *Vieill.* (Pelecanus dimidiatus, *Cuv.* - Phalacrocorax flavirhynchus, hinc melanoleucus, *Gould.* - Carbo dimidiatus, *Temm.* - Graculus melanoleucus, *Gr.* - Hypoleucus melanoleucus, *Reich.* - Haliaeus melanoleucus, *Bp.*) *Nouv. Dict. H. N.* VIII. *p.* 88. - *Gould, B. of Austr.* VII. *t.* 70. - *Reich., Syst. Av.* t. 63. *f.* 872-873. *Mus. Paris.* et *Lugdun. ex Australia, Timor, Celebes. Major (Long.* 20 *poll.): aeneo-nigricans, plumis pallii lanceolatis virescenti-griseis tamquam pulverulentis, atro-*

limbatis: subtus cum fronte, superciliis, genis, collique lateribus late et abrupte albis: cauda nigra opaca: rostro ultra medium flavo.

Juv. *fuscescens; fronte et superciliis concoloribus; colore fusco cervicis, centrum juguli invadente.*

2. Phalacrocorax **brevirostris**, *Gould.* (purpureigula? *Peale.* - Graculus brevirostris, *Gr.* - Carbo brevirostris, *Temm.* - Haliaeus brevirostris, *Reich.*) *Proc. Zool. Soc.* 1837. *p.* 26. - *Reich., Syst. Av. t.* 60. *f.* 2308. *Mus. Paris. et Lugdun. ex Ocean., Nova Zelandia. Medius* (*Long.* 18-*poll.*): *aterrimus, vix coracinus, plumisque dorsalibus ipsis, cum tectricibus acute lanceolatis, fere unicoloribus; fronte, superciliis, genis, gula, colli lateribus, juguloque albis.*

Juv. *fuscescens; fronte superciliisque concoloribus, genis tantum cum gula albis.*

* * *Nigri.*

3. Phalocrocorax **sulcirostris**, *Brandt.* (Carbo sulcirostris, *Auct.* - Graculus sulcirostris, *Gr.* - Haliaeus sulcirostris, *Bp.*) *Bull. Sc. Acad. Imp. Petersb.* III. *p.* 56. Fig. nulla. *ex Patria ignota. Major* (*Long.* 22-*poll.*): *aterrimus, collo sericeo-virescente; plumis pallii rotundatis, vix centro pallidioribus: cauda tertiam corporis partem aequante, laticula: rostro pedibusque nigris; maxilla dorso sulcis parallelis.*

Adult. nupt. temp. *plumulis paucis filiformibus albis pone aures, superciliisque punctulis albis adumbratis.*

Juv. *fuscescens; subtus luride griseus: rostro corneo.*

4. Phalacrocorax sulcirostris, *Gould, nec Brandt.* (Graculus sulcirostris, *Gr.* - Haliaeus *seu* **Microcarbo stictocephalus**, *Bp.*) *List. of Birds in Brit. Mus. Coll.* III. *p.* 185. - *Gould, Austr.* VII. *t.* 67. - *Reich., Syst. Av. t.* 69. *f.* 2547. 2548. *Mus. Par. et Lugd. ex Australia. Nigerrimus, viridi-opacus; pileo tantum albo-striolato: tectricibus alarum, remigibus, rectricibusque mediis vix albo-limbatis: cauda brevi: iridibus viridibus: orbitis, membrana gulari, pedibusque cyaneo-nigris.*

Quid Carbo sulcirostris, *Temm. Mus. Lugd. ex Borneo?*

5. Pelecanus **africanus**, *Gm. nec Rüpp.* (longicaudus, *Sw.* juv. - africanoides, *Smith.* - Carbo africanus, *Temm.* - Phalacrocorax africanus, *Auct.* - Graculus africanus, *Gr.* - Halieus africanus, *Bp.*) *Lath. Syn.*

III. II. *p.* 606. *sp.* 23. - *Sw. B. of West. Afr.* II. *t.* 31. - *Reich., Syst. Av. t.* 62. *f.* 867. ad. 868. juv. - *Mus. Paris. et Lugdun. ex Afr. occ. et mer. Madagascar, Port Natal, Guinea, etc. Aeneo-coracinus, plumis pallii angustis sed obtuse truncatis, cinereis, macula ocellari apicali nigra; superciliis antice nudiculis: cauda longissima: rostro brevissimo, corneo.*

Juv. *fusco-cinereus; subtus et in colli lateribus ex griseo rufescente-albidus, plumis dorsalibus tectricibusque alarum superioribus cinereo-argenteis, ocello apicali nigro albido-marginato: rostro albo-flavido.*

6. Pelecanus ***pygmaeus***, *Pall.* (Graculus pygmaeus, p. *Gr.* - Phalacrocorax pygmaeus, *Auct.* - Haliaeus pygmaeus, *Ill.* - africanus, *Rüpp. Sundev., nec Auct.*) *Itin. Atl. t.* 9. - *Id. Zoogr. Rosso-Asiat. t.* 74. *f.* 1. - *Gould, Eur. B. t.* 409. - *Reich., Syst. Av. t.* 59. *f.* 856.-9. *ex As. s. et occ. Afr. s. et or. Eur. or. Aeneo-nigricans, nucha et cervice plus minus rufescente; pallio viridi micante, plumis dorsalibus et tectricibus alarum fusco-argenteis, nigro-limbatis; subtus et in cervice uniformiter et intensius niger; plumarum rachidibus apice dilatatis albo-striolatus; cauda elongata: rostro minimo, fere ex toto nigricante.*

a. algeriensis, *Reich.* (Haliaeus pygmaeus algeriensis! - Phalacrocorax niepcii, *Malh.* - Microcarbo pygmaeus algeriensis, *Bp.*) *Syst. Av. t.* 60. *f.* 2305. 2306. *ex Afr. s. Minor: rostro breviore, graciliore.*

7. Carbo ***melanognathus***, *Brandt.* (Carbo pygmaeus, *J. Gr.* - Hal. pygmaeus indicus, *Reichenb.* - Haliaeus melanognathus, *Bp.*) *Bull. Acad. Sc. Petersb.* 1837. *p.* 6. *sp.* 7. - *Hardw. Ill. Ind. Zool.* II. *t.* 56. - *Reich., Syst. Av. t.* 58. *f.* 2304. - *Mus. Paris. ex India continentali, Ponticher.* a Leschenault. *Minor: rostro bicolore, nigerrimo, apice flavo.*

Adult. nupt. temp. *aterrimus, vix virescens; capite plumulis tenuissimis albo-striato; nuchae lateribus plumulis setaceis elongatis, flexuosis; plumulis humeralibus rigidis, acutissimis, radiolis subsetaceis; tectricibus alarum minoribus atro-virentibus, mediis et majoribus acutissimis, griseis, nigro-marginatis: cauda elongata, atra: rostro, capite breviore, apice excepto, nigro.*

8. Carbo ***javanicus***, *Horsf.* (Graculus pygmaeus, p. *Gr.* - Gr. javanicus, *Auct.* - Phalacrocorax javanicus, *Auct.* - Haliaeus javanicus, *Reich.*) *Res. in Java., Gen. Catal. p. ultima.* - *Reich., Syst. Av. t.* 60. *f.* 2307. *et t.* 62. *f.* 869. 870. - *Hardw. Ill. Ind. Zool.* I.

t. 71. juv. *Mus. Lugdun. et Par. ex Malasia, Ins. Java, Sumatra, Borneo. Nigro-coracinus fere unicolor; plumis dorsalibus et tectricibus alarum elongatis tantum macula centrali magna lanceolata aeneo-cinerea: gula nuda: rostro corneo.*

Adult. nupt. temp. *striolis setaceis paucis in nucha, punctulisque numerosis in loris, albis.*

Juv. *viridi-fuscescens; gula alba.*

9. Pelecanus pygmaeus, *Museorum, nec Pall.* (Hydrocorax ***niger,*** *Vieill.* - Graculus pygmaeus, p. *Gr.* - Carbo raptensis, *Hodgs.* junior. - Phalacrocorax pumilio, *Licht.* - Haliaeus niger, *Bp.*) *Mus. Paris. ex As. m. India* a Macaeo. *Minimus* (*Long.* 13-*poll.*): *nigro-coracinus, plumis dorsi et tectricibus alarum oblongis, sed non lanceolatis, fusco-aeneis, atro-marginatis: rostro pallido.*

Juv. *fusco-brunneus, plumarum margine dilutiore; gula albida.*

FAMILIA 98. PLOTIDAE.

Maxilla solida: caput exiguum.

SUBFAMILIA 224. PLOTINAE.

Rostrum rectum, acuminatum, denticulatum.

165. **Plotus,** L. (Anhinga, *Br.* - Ptynx, *Moehr.* - Plottus, *Scop.*) Am. Afr. As. O. 4.

1. ***Pl. anhinga,*** *L.* (tupinambis, *Bonn.* juv. - melanogaster, *Bonn.* adult. - cayennensis, *Aliq.*) *Pl. enl.* 960. *et* 959. - *Marcgr. Bras.* 218. - *Will. Orn. p.* 332. *t.* 72. - *Ray, Av. p.* 124. *sp.* 7. - *Br. Av.* vi. *p.* 476. *sp.* 1. - *Buff. Ois.* viii. *p.* 448. *t.* 35. - *Lath. Syn.* iii. ii. *p.* 622. *sp.* 1. - *Wils. Am. Orn.* ix. *p.* 75. *t.* 74. *f.* 1. - *Nutt. Man. Am. Orn.* ii. *p.* 507. - *Aud. B. of Am. t.* 216. *Orn. Biogr.* iv. *p.* 136. - *Id.* 8°. *ed.* vi. *p.* 443. *t.* 420. *f.* 1. mas. 2. faem. - *Reich., Syst. Av. t.* 59. *f.* 353. 355. *ex Am. s. Niger: capite ex toto cum occipite cristato colloque omnino viride nigerrimo: scapularibus litura centrali maxima argentea; rostro cinereo, basi pedibusque flavidis.*

Juv. *capite cum cervice rufo-cinereo; gutture cinereo; abdomine albo.*

2. ***Pl. le vaillantii***, *Temm.* (congensis, *Leach.* - rufus, *Licht.*) *Pl. enl.* 107. - *Pl. col.* 380. - *Temm. Cat. Syst.* 1807. *p.* 268. - *Licht*, *Cat. Doubl. Mus. Ber. p.* 87. - *Leach. in Tuckey's Exp. Zaire*, *App. p.* 407. - *Denh. et Clapp. Voy. p.* 206. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 59. *f.* 352. 353? *ex Afr. s. occ. Ater; pileo castaneo; vitta utrinque alba ab oculis secus colli latera, postice hinc inde penicellata: gula et jugulo isabellinis; pectore intensiore; alis medio rufis; dorso tectricibusque alarum albo-lineatis: rostro recurvo.*

Juv. *pileo et nucha fuscis nigro-punctatis; collo et pectoris lateribus griseo-rufescentibus.*

3. ***Pl. melanogaster***, *Gm.* (vaillantii ex India, *Auct.*) *Penn. Ind. Zool. t.* 12. *ex Asia m. Bengal. Malaiasia, China. Ater; pileo concolore: collo subtus albo-cinereo: alis albo-squamulatis; scapularibus longissimis late albo-centratis; rostro elongato, tenuissimo.*

4. ***Pl. novae-hollandiae***, *Gould*, *Proc. Zool. Soc.* XV. *p.* 34. - *Id. Austr. B.* VII. *t.* 75. - *Gr. and Mitch. Gen. B. t.* 184. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 58. *f.* 2302. 2303. *et t.* 68. *f.* 2648. 2649. *ex Australia. Ater; pileo collo subtus rufescente; vitta genali in colli latera hinc inde producta, maculaque gulari sagittiformi, albis; alis nigris; tectricibus albo-variis.*

Juv. *gula juguloque albo-rufescentibus.*

Adult. *gula juguloque nigricantibus.*

FAMILIA 99. HELIORNITHIDAE.

SUBFAMILIA 225. *HELIORNITHINAE.*

166. **Heliornis**, Bonnat. 1790. nec Boie. (Podoa, *Ill.* 1811.) Cauda lata, rectricibus apice mollissimis; lora plumosa. Analogia cum Fulica. Am. m. 1.

H. fulicarius, *Bonn.* (***surinamensis***, *Bp.* - fulica, *Gr. ex* Colymbo fulica, *Bodd.* - Plotus surinamensis, *Gm.* - Podoa surinamensis, *Ill.* - Heliornis surinamensis, *Gr.*) *Pl. enl.* 893. - *Fermin, Surin.* II. *p.* 192. - *Brown, Ill. p.* 90. *t.* 39. - *Buff. Ois.* VIII. *p.* 248. - *Lath. Syn.* III. II. *p.* 626. *sp.* 3. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 197. *f.* 1139. 1140. *ex Am. m. Surinam. Minor: fusco-virens; pileo nigro; genis castaneis; linea hinc inde postoculari alba; cervice albo nigroque lineata: subtus alba, pectore olivascente: rostro albido-corneo: iridibus rubris: digitis nigro-fasciatis.*

167. **Podoa**, Bp. ex Ill. (Heliornis, *Caban. ex Sw.* - Podica, *Gr. ex Less.* 1831. - Rhigelura, *Wagl.* 1832.) Cauda angusta, rectricibus rigidis: lora plumosa. Analogia cum PHALACROCORACE. Afr. 3.

1. HELIORNIS ***senegalensis***, *Vieill.* (Podoa senegalensis, *Ill.* - Podica senegalensis, *Less.* - Heliornis senegalensis, *Caban.*) *Gal. Ois. t.* 280. - *Mitch. Gen. B. t.* 173. - *Reich., Syst. Av. t.* 197. *f.* 1141. 1142. *ex Afr. Media: fusco-rufescens; subtus albida: colli lateribus vitta hinc inde longitudinali alba; dorso alisque maculis rotundis helvolis nigro-marginatis: rectricum rachidibus aurantiis: rostro pedibusque rubris.*

2. ***P. josephina***, *Bp. Mus. Par.* a Josephina Imperatrice 1807!!! *ex Senegal. Similis* praecedenti; *sed valde major; gula chalybea*, nec alba: *maculis dorsalibus albidis, magnis, crebris, polymorphis, immarginatis.*

3. ***P. mosambicana***, *Peters.* (impipi, *Mus. Berol.* - petersi! *Hartl.*) *Caban. Journ. Orn.* - *Mus. Par.* a Verreauxio 1850! *Mus. Berol.* a Petersio. *Maxima: brunnea; subtus alba; pectore, hypochondriis, crissoque fusco-variis: capite colloque supra nigro-violaceis, subtus et in lateribus atro-fuliginosis; interscapilio et tectricibus alarum nigro-violaceis punctis candidis sparsim variegatis: rostro subtus angulato, culmine nigro, pedibusque flavis.*

Juv. *supra ex toto brunneo-rufescens, punctis albis in alis tantum conspicuis: subtus a mento albo-rufescens; vitta longitudinali hinc inde collari albida.*

Pullus *fuscus immaculatus; subtus albidus, pectore rufescente.*

168. **Podica**, Bp. ex Less. (Podoa, *Reich.* 1853. - Podica, p. *Gr.*) Cauda laticula; rectricibus rigidulis: lora partim nuda. As. m. 1.

P. ***personata***, *Gr.* (Podoa personata, *Reich.*) *Proc. Zool. Soc.* 1848. *p.* 90. *t.* 4. - *Reich. Syst. Av. t.* 197. *f.* 2948-49. *ex Afr. or. Major* (*Long. sesquipedalis*): *fusco-olivacea immaculata; subtus albida; facie, vertice, gulaque nigris: regione auriculari albicante: pedibus plumbeis; rostro, digitorumque membranae flavissimis.*

Deanea, Reich. Foss. 1.

D. fulicoides, *Reich. ex Ornithichnit. Deane, in Sillim. Am. Journ.* XLVI. 1844.

FAMILIA 100. PHAETONTIDAE.

SUBFAMILIA 226. PHAETONTINAE.

169. **Phaeton**, L. (Tropicophilus, *Reich.* - Lepturus, p. *Moehring.* - Tropicophilus, p. *Leach.*) M. intertrop. 1.

Ph. ***aethereus***, *L.* excl. syn. *junior.* (catesbaei, *Brandt.* - melanorhynchos, *Gm.* juv.) *Pl. enl.* 998. - *Feuillée, Peregr. p.* 116. - *Sloane, Jamaica.* I. *p.* 22. - *Kalm, It. p.* 149. - *Osb. It. p.* 291. - *Dutertre, Ant.* II. *p.* 276. *t.* 18. - *Aldrov. Orn.* XX. *p.* 544. - *Ulloa, It.* II. *p.* 305. - *Pernetti, Voy.* II. *p.* 75. - *Ray, Av. p.* 123. *sp.* 6. *et p.* 191. *sp.* 4. - *Will. Orn. p.* 331. *t.* 75. - *Buff., Ois.* VIII. *p.* 348. *t.* 28. - *Lath. Syn.* III. II. *p.* 605. *sp.* 1. - *Catesb. Carol. App. t.* 14. - *Nutt. Man. Orn.* II. *p.* 503. - *Aud. B. of Am. t.* 262. *Orn. Biogr.* III. *p.* 412. - *Id.* 8°. *ed.* VII. *p.* 64. *t.* 427. *f.* 1. mas. *f.* 2. faem. - *Less., Tr. Or. t.* 114. - *Reich., Syst. Av. t.* 55. *f.* 2299. pullus. *et t.* 56. *f.* 349. adult. *Albus, dorso nigro-fasciolato: remigibus quinque primis externe atris: rectricibus mediis longissimis, latioribus, albis, rachidibus basi tantum nigris: rostro rubro.*

171. **Lepturus**, Reich. ex Moehr. (Phaeton, p. *Gr.*) M. intertr. 1.

L. ***candidus***, *Briss.* (Phaeton melanorhynchus, *Gm.* juv. - flavirostris, *Brandt.* (*edwardsi*). - aethereus var. *β. Gm.* - Ph. candidus, *Gr.*) *Pl. enl.* 369. - *Edw. B. t.* 142. - *Br. Orn.* VI. *p.* 585. *sp.* 2. *t.* 42. *f.* 2. - *Buff., Ois.* VIII. *p.* 355. - *Gr. et Mitch. Gen. B. t.* 183. - *Reich., Syst. Av. t.* 55. *f.* 2298. *et t.* 56. *f.* 853. ad. 854. pullus. *ex Mare antarctico, Bengal. Albus: fascia transversa alarum et remigibus quatuor primis externe atris: rectricibus mediis elongatis albis, rachidibus atris: rostro flavo.*

171. **Phoenicurus**, Bp. (Phaeton, *Reich.*) M. intertr. 1.

Phaeton phaenicurus, *Gm.* (aethereus, adult. *Blyth.* - ***rubricauda***, *Bodd.* - erubescens, *Banks.*) *Pl. enl.* 979. - *Buff., Ois.* VIII. *p.* 357. - *Banks, Icon. ined. t.* 31. - *Lath. Syn.* III. II. *p.* 619. *sp.* 3. *t.* 105. - *Id. Gen. Hist.* X. *p.* 447. *t.* 183. - *Shaw, Nat. Misc. t.* 177. - *Vieill. Gal. Ois. t.* 279. - *Less. Tr. Orn. p.* 625. *Atl. t.* 114. *f.* 1. - *Brandt, Icon. ined. Faun. Ross. t.*

31. - *Gould, Austr.* VII. *t.* 73. - *Reich., Syst. Av. t.* 64. *f.* 2551. 52. *et t.* 56. *f.* 851. 852. juv. *ex Mare tropical. Indico et Austral. Albidus, rubro-irroratus: remigibus quatuor primis scapis tantum atris: rectricibus mediis elongatis, angustissimis, coccineis, rachidibus ex toto atris: rostro rubro.*
Juv. *albo nigroque varius; subtus albus.*

TRIBUS II. LONGIPENNES.

FAMILIA 101. PROCELLARIIDAE.

SUBFAMILIA 227. DIOMEDEINAE.

172. **Diomedea**, L. (Albatrus, *Br.* - Albatros, *Less.* - Diomedea, Thalassarche, Phaebetria et Phaebastria, *Reich.*) M. calid. *pr.* ant. 9.

a. Diomedea, Reich. *Rostrum latum: cauda brevis.*

1. ***D. exulans***, *L.* (spadicea, *Gm.* juv. - Plautus albatrus, *Klein.* - D. albatrus, *Pall.*) *Pl. enl.* 237. - *Albin. Av.* III. *t.* 81. - *Steller, Hist. Kamtschatk. p.* 154. - *Pall. Spic. Zool.* V. *p.* 28. - *Edw. Av. t.* 88. - *Grew, Mus. t.* 6. *f.* 1. - *Br. Av.* VI. *p.* 126. *sp.* 1. - *Penn. Arct. Zool.* II. *p.* 506. *sp.* 413. - *Lath. Syn.* III. I. *p.* 304. *et* 308. *sp.* 1. *et* 2. - *Cook, Itin.* II. *p.* 206. *sp.* 150. - *Forst., Voy.* I. *p.* 258. - *Id. Icon. ined. t.* 99. adult. - *Banks, Icon. ined. t.* 25. juv. - *Buff., Ois.* IX. *p.* 339. *t.* 24. - *Steph. Cont. Shaw's Gen. Zool.* XIII. *p.* 259. *t.* 30. - *Vieill. Gal. Ois. t.* 295. - *Gould, Austr.* VII. *t.* 38. - *Reich., Syst. Av. t.* 26. *f.* 344. adult. 345. juv. *t.* 27. *f.* 2616. juv. *et t.* 29. *f.* 801. 802. junior. (spadicea). *ex Pacifico, Austral. s. Ocean. m. Maxima; alba vel fuliginosa; alis nigris: rostro flavo; pedibus lutescentibus.*

2. ***D. brachyura***, *Temm.* (epomophora? *Less.* - nigripes, *Audub.* juv. - chinensis? *Temm.*) *Less. Tr. Orn. p.* 609. - *Gould, B. of Austr. t.* 39. *Valde minor* praecedentis; *cauda brevissima: pedibus nigricantibus.*

b. Thalassarche, Reich. *Rostrum compressum: cauda modica.*

3? ***D. cauta***, *Gould, Proc. Zool. Soc. London.* VII. *p.*

177. - *Id. Austr.* VII. *t.* 40. - *Reich., Syst. Av. t.* 22. *f.* 799. 800. *ex Pacifico Australiae. Similis* D. melanophri; *sed major, et genis cinerascentibus.*

Candida; genis perlaceis; loris et linea superciliari fuscis: dorso, alis caudaque fusco-cinereis; tectricibus caudae superioribus albis: rostro cano-vinaceo, culmine flavido, linea nigra circumbasilari: pedibus cyano-carneis.

Quid D. adusta, *Tschudi, in Caban. Journ. Orn. Mart.* 1856. *p.* 157. *sp.* 7. *Similis* D. melanophri; *statura* D. exulantis: *capite nigro; pallio fusco; abdomine nigricante: cauda omnino nigra infra supraque: rostro carneo: pedibus nigricantibus?*

4. **D. melanophrys**, *Boie. Temm. Pl. col.* 456. - *Less. Tr. Orn. p.* 609. - *Gould. Austr.* VII. *t.* 43. - *Reich., Syst. Av. t.* 26. *f.* 346. *et t.* 28. *f.* 797. 798. *ex Pacifico Austr. m. Cap. B. Spei. Media; alba; loris, superciliis, dorso, alis, caudaque nigricantibus: rostro, pedibusque albo-carneis.*

5. **D. culminata**, *Gould, Ann. et Mag. of Nat. Hist.* XIII. *p.* 361. - *Id. Austr. B.* VII. *t.* 41. - *Gr. et Mitch. Gen. B. t.* 179. - *Reich., Syst. Av. t.* 28. *f.* 796. *et t.* 27. *f.* 2614. 2615. *ex Pacifico Austr. m. Media; alba, capite dilute griseo; dorso, alis, caudaque nigris: rostro olivaceo, apice nigro: pedibus flavis.* Juv. *capite cinereo: rostro obscuriore.*

6? **D. olivaceirostris**, *Gould.* (olivaceorhyncha!) *Ann. et Mag. Nat. Hist.* XIII. *p.* 361. fig. nulla. *ex Ocean. Asiae orient. Rostro gracili, castigato, ex toto viridi-olivaceo.*

7. **D. gibbosa**, *Gould. Ann. et Mag. Nat. Hist.* XIII. *p.* 361. fig. nulla. *ex Ocean. Pacific. sept. Maxilla ad basin superne turgida frontem superante.*

8. **D. chlororhynchos**, *Gm.* (presaga, *Brandt.* - chrysostoma, *Forst.*) *Pl. col.* 468. - *Bank's Icon. ined. t.* 27. - *Forst., Icon. ined. t.* 100. 101. - *Licht. Descr. Anim. Forst. p.* 24. - *Lath. Syn.* III. I. *p.* 309. *sp.* 3. *t.* 94. - *Id. Gen. Hist.* X. *p.* 52. *t.* 169. - *Gould, Austr.* VII. *t.* 42. - *Reich., Syst. Av. t.* 26. *f.* 397. mala. *t.* 28. *f.* 794. 795. bonae. *ex Pacifico Austr. m. Cap. Bon. Sp. Minor: alba; capite fuliginoso; alis obscurioribus: cauda brevi, rectricibus griseis: rostro nigro, culmine aurantiaco: pedibus intense flavis.*

9? **D. epomophora**, *Less. Man. Orn.* II. *p.* 351. -

Tschudi, in Cab. Journ. Orn. 1856. *p.* 156. *ex Pacif. austr. Similis* praecedenti; *sed tectricibus alarum nigris, maculis binis rhombeis albis scapularibus: rostro pedibusque pallide flavidis.*

c. Phoebetria, *Reich. Rostrum breve, compressum, profunde sulcatum: cauda elongata, cuneata.*

9. ***D. fuliginosa***, *Gm.* (palpebrata, *Forster.* - antarctica, *Banks.* - fusca, *Audub.*) *Pl. col.* 469. - *Forster, Itin. p.* 91. - *Icon. ined. t.* 102. - *Banks, Icon. ined. t.* 26. - *Lath. Syn.* III. I. *p.* 309. 4. - *Cook, Itin.* I. *p.* 34. - *Gould, Austr.* VII. *t.* 44. - *Audubon, B. of Am.* fig. nulla. - *Reich., Syst. Av. t.* 26. *f.* 348. pessima. *t.* 27. *f.* 2613. mediocris. *ex Pacific. Austr. m. Afr. m. Majuscula; griseo-fuliginosa; capite, alis, caudaque nigricantibus: semicirculo infraoculari albo: rostro nigro, vitta cartilaginea mandibulari flavida: pedibus albidis.*

SUBFAMILIA 228. PROCELLARIINAE.

Pedes tetradactyli (in Diomedeinis tridactyli).

A. Fulmareae.

Rostrum breve, crassum, depressum, apice ipso robusto, adunco; maxilla margine interno lamellis paucis brevibus instructa; dentes duo, breves, incidentes; mandibula truncata: lingua elongata, crassa: pedes parvi: alae elongatae: cauda brevis. Volatores.

173. **Ossifraga**, Hombr. et Jacq. (Procellaria, p. *Gr.*) M. antarct. 1.

Procellaria ***gigantea***, *Gm.* (ossifraga, *Forst.* - Ossifraga gigantea, *Reich.*) *Bancks, t.* 17 *et* 18. - *Lath. Syn.* VI. *p.* 396. *t.* 100. - *Id. Gen. Hist.* X. *p.* 170. *t.* 176. - *Cook, Voy.* II. *p.* 205. - *Less., Tr. Or.* II. *p.* 611. - *Gould, B. of Austr.* VII. *t.* 45. - *Reich., Syst. Av. t.* 20. *f.* 332. *ex Ocean. m. Afr. m. Austr. Maxima: alba, fusco-ciocolatina, vel picata: rostro flavo-carneo: pedibus fusco-virescentibus.*

174. **Fulmarus**, Leach. (Wagellus, *Ray.* - Rhantistes, *Kaup*, 1829. *nec Reich.* - Procellaria, *p. Temm. Gr. Less. Reich.*) Rostrum brevissimum, compressum, robustissimum: pedes robusti; tarsi reticulati; membranae intergitales latae, integrae: cauda subrotundata, rectricibus 14. Maria omnia. 2.

1. PROCELLARIA ***glacialis***, *L.* (hiemalis, *Brehm.* - cinerea, *Br.* - Fulmarus glacialis, *Steph.* - Rhantistes glacialis, *Kaup.*) *Pl. enl.* 59. - *Br. Orn.* VI. *p.* 143. *t.* 12. *f.* 2. - *Buff.*, *Ois.* IX. *p.* 325. *t.* 22. - *Penn. Br. Zool.* II. *t.* 91. - *Id. Zool. Arct.* II. *p.* 534. - *Voy. St. Kilda. fig. in p.* 55. - *Macgill. Br. Bird.* V. *p.* 429. *fig.* 87.. - *Selb. Br. Orn.* II. *p.* 525. *t.* 102*. - *Bewick, Br. B.* II. *fig. in p.* 243. - *Naum. Vog. Deutschl.* X. *p.* 589. *sp.* 305. *t.* 276. *f.* 1. m. ad. 2. faem. 3. juv. - *Steph. Gen. Zool.* XIII. *p.* 234. *t.* 27. - *Yarr. Br. B.* II. *fig. in p.* 619. - *Gould, B. Eur. t.* 446. - *Kuhl, Monogr. Procell. t.* 10. *f.* 4. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 20. *f.* 334. 335. *ex M. sept. Oceano arct. Albus; dorso, alis, caudaque canis; remigibus fuscis: rostro pedibusque viridi-flavis.*

a. auduboni, *Bp.* (Procellaria glacialis, *Audubon. Am. B. t.* 455. *Orn. Biogr.* III. *p.* 441. - *Id.* 8°. *ed.* VII. *p.* 204. *sp.* 455. mas. - *Nutt. Man. Orn.* II. *p.* 330. *Rostro majore, robusto, parum compresso: tubo nasali dorso carinato depresso..*
Specimina Terrae novae *rostro gaudent etiam robustiore.*

b. minor, *Bp.* (Procellaria glacialis ex Groenlandia, *Holböll.* - Pr. minor, *Kjaerb.*) *ex Groenlandia.*

c. pacifica, *Bp.* (Procellaria pacifica, *Audubon.* - glacialis, *Pall.*) *Aud. Orn. Biogr.* V. *p.* 331. - *Id.* 8°. *ed.* VII. *p.* 208. fig. nulla - *Martens, Spitzberg. p.* 68. *t. N. f. c. Mus. Berol.* ex Ins. Curilis, *Obscurior! rostro valde minore, debilori, compresso; tubo nasali dorso recto carinato!*

*175. **Adamastor,** Bp. Rostrum longulum: pedes protracti: cauda brevis. *Affinitatem cum* PUFFINEIS *clamat.* M. antaract. 3.

1. PROCELLARIA HAESITATA, *Forster? nec Kuhl, nec Temm.* quae Aestrelata diabolica ex America, in Europa advena. - (Puffinus major! *Mus. Berol.* - ***Adamastor typus***, *Bp.*) *Forst.*, *Ic. ined.* 92? - *Gould, Ann. et Mag N. Hist.* XIII. *p.* 360. - *Id. B. Austr.* VII. *t.* 47. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 24. *f.* 2604. *ex Mar. antarcticis, Australia. Mus. Lugdun. et Paris.* a Nebouxio. *ex Mar. aequatorial. Major; ex fuscescente sericeo-cana, plumis nigricante undulatis; subtus alba; rostro nigricante, lateribus et apice flavidis; pedibus flavicantibus.*

Juv. *capite dilutiore, maculis tantum fuscentibus.*

Quid Priocella garnoti, *Hombr. et Jacq.* 1844. *Voy. Pole Sud. Astr. et Zel. Atlas, Ois. t.* 32. *f.* 43-46. *ex Mar. Australibus?*

2. Puffinus ***sericeus***, *Less.* (Adamastor sericeus, *Bp.*) *Man. Orn.* II. *p.* 402. - *Tschudi, in Cab. Journ. Orn.* IV. *p.* 181. *ex Pacifico australi. Major* (*Long.* 1¼ *pedal.*): *serico-grisea; subtus cum capite colloque albus; orbitis maculisque pilei cinereis: tectricibus alarum cinereo-nigricantibus: cauda cinerascente: rostro nigro: pedibus carneis, membrana nigro-marginata.*

3. Procellaria ***flavirostris***, *Gould.* (gelida? *Gm.* - Adamastor flavirostris, *Bp.*) *Ann. et Mag. Nat. Hist.* XIII. *p.* 365. fig. nulla. - *Lath. Syn.* III. II. *p.* 399. *sp.* 5? *ex Mar. antarcticis, Capit. Bon. Spei. Maximus* (*Long. sesquipedalis*): *fusco-brunneus, plumis cinereo marginatis; subtus albus: facie, vertice, cervice, humeris, abdomine cinereis: alis caudaque nigricantibus; tectricibus alarum inferioribus stria rachidiali fusca: tectricibus caudae superioribus albicantibus: rostro flavo, apice fuscescente: pedibus albocarneis.*

176. **Daption**, Steph. (Procellaria, p. *Vieill.*) M. antarct. 1.

Procellaria ***capensis***, *L.* (naevia, *Br.* - Daption capensis, *Steph.*) *Pl. enl.* 964. - *Edw. Glean. t.* 90. - *Damp. Voy.* III. *t. in p.* 196. *f.* 1. - *Forst., Icon. ined. t.* 96. - *Br. Orn.* VI. *p.* 140. - *Buff., Ois.* IX. *p.* 304. *t.* 21. - *Gould, Austr.* VII. *t.* 53. - *Reich., Syst. Av. t.* 20. *f.* 337. 338. malae, et *t.* 58. *f.* 2300. 2301. bonae. *ex M. mer. Afr. m. et Austr.* accidentaliter *in Europa. Albo nigroque tessellata; capite, cervice, caudaeque apice obscure plumbeis: subtus ex toto candida.*

B. Aestrelateae.

Mandibulae simplices, incidentes, marginibus haud duplicatis, absque lamellis: dentes duo elongati, graciles: palatum laeve, aut papillis ciliatis tantum instructum: lingua modica: alae modicae: pedes magni. Radentes.

177. **Aestrelata**, Bp. (Daption, p. *Steph.* - Thalassoica, p. *Reich.*) Rostrum brevissimum, compressum, robustissimum, a tubo nasali statim uncinatum: pedes breves, digitis brevissimis: alae longae: cauda elongata, gradata. Maria omnia 4.

1. Procellaria haesitata, *Temm. an Kuhl? nec Forst.*

(***diabolica***, *l'Herminier*. - brevirostris hinc meridionalis, *Laurence*. - Puffinus l'herminieri, *Less.* - Flumarus! meridionalis, *Aliq.* - Aestrelata diabolica, *Bp.*) *Pl. col.* 416. - *Forst.*, *Icon. inedit.* 97? *nec* 98. - *Kuhl*, *Monogr. Procell. p.* 142. *sp.* 11. - *Less. Tr. Orn. p.* 611. - *Id. Cat. Ms. Av. Rochefort*, 1843. II. *p.* 976. *sp.* 5958. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 20. *f.* 336. *nec. t.* 24. *f.* 2604. quae Adamastor typus, *Bp.*. *ex Antill.* praecipue *Insula Guadalupae*, *Florida*; accidentaliter in *Anglia* et semel prope *Bononiam gallicam* Septemb. capta! *Long. pedalis: castigata: nigricans; subtus cum cervice, fronte, genis, colli pectorisque lateribus alba; tectricibus caudalibus candidis, apice fuscis: rostro nigro, pedibus flavidis, palamis latissime nigris.*

Juv. *obscurior; fronte, cervice, colli lateribus, pectoreque sensim cinerascentibus.*

2. Procellaria ***desolata***, *Gm.* (fasciata? *Bonn.* - Aestrelata desolata, *Bp.*) *Lath. Syn.* III. II. *p.* 409. *sp.* 14. - *Kuhl*, *Mon. Proc. in Beitr. Zool. et Anat. p.* 143. *sp.* 13. *t.* 11. *f.* 7. Mus. Lugd. *ex Kamschatk. Minor* (*Long.* 11 *poll.*): *dorso, pectoris lateribus, basi rectricum et fascia transversa alarum pulchre cinereis: vertice, nucha, cervice, alis, caudaque apice nigricantibus: subtus cum fronte et loris latissime albis: margine humerali interno niveo: rostro longulo, valde compresso, nigerrimo: pedibus spurce flavidis.*

a. rostrata, *Peale. Exp. Un. St.* Mus. Pàris. *ex Insula Otahiti* a Ribourto, 1850. *Minor; alis paullo longioribus: rostro minus valido: pedibus fere omnino nigricantibus.*

3. Procellaria ***inexpectata***, *Forst.* (grisea, *Kuhl.* - lugens? *Banks.* - raolensis? *Gould.*) *Fig. picta G.* - *Mus. Paris. ex Nova Zelandia* a Belligny. *ex Ins. Malouinis.* a Gaudichodo. *Supra et in ventre cinereo-nigricans; pectore dilutiore; abdomine albo; superciliis albis vel saepius concoloribus, rostro nigro: pedibus albo flavidis, palamis nigris.*

4. Procellaria ***leucocephala***, *Forst.* (lessoni, *Garnot.* - vagabunda, *Soland.* - lessoni! *Gould.* adult. - alba? *Gm.* - variegata? *Bonn.*) *Ann. Sc. Nat.* VII. *t.* 4. - *Gould*, *Ann. et Mag. H. Nat.* XIII. *p.* 363. - *Id. Austr. B. t.* 49. - *Reich. Syst. Av. t.* 20. *f.* 339. ex Garnot pessima. et *t.* 24. *f.* 2605. *ex Gould.* - *Licht. in Forst. Descr. Anim. p.* 206. *sp.* 179. *ex Oceania. Alba; occipite, cervice, dorsoque latissime canis; macula ocu-*

lari alisque nigris; tectricibus mediis, majoribusque pallidoribusque: rostro nigro: pedibus albido carneis, palamis nigris.

*178. **Cookilaria,** Bp. 1855. (Rhantistes, *Reich.* 1853. *nec Kaup.* - Procellaria, *Gr.*) Mar. ant. 4.

1. Procellaria cooki, *Gr.* (***leucoptera,*** *Gould.* - Rhantistes cooki, *Reich.* - Cookilaria leucoptera, *Bp.*) *Banks' Icon. ined. t.* 16? - *Faun. N. Zeland. Dieff. Trav.* ii. *App. p.* 199. - *Gould*, *Proc. Zool. Soc. Lond.* 26 *Mart.* 1844. - *Id. Ann. et Mag. N. H.* xiii. *p.* 364. - *Id. B. Austr.* vii. *t.* 51. - *Gr. Ereb. et Terr. t.* 35. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 22. *f.* 793. *et t.* 23. *f.* 2152. 2153. *ex Pacif. m. Austr. N. Zeland. Am. m. Fusco-ardesiaca, pileo obscuriore; dorso nigro-striato; subtus et in facie lateribusque abrupte alba: alis nigricantibus; vitta humerali remigumque basis interne candidis: rostro nigerrimo: pedibus carneis, membrana digitisque apicenigris. Long. vix pedalis.*

2. Procellaria cooki, *Gould*, *nec Gr.* (***velox,*** *Solander.* - Cookilaria velox, *Bp.*) *Austr. B. t.* 51. *Similis* praecedenti; *sed minus obscura, et rostro longiore et minus robusto.*

3. Procellaria ***solandri,*** *Gould.* (melanopus, *Natterer*, *ex Gm. an Soland?* - Cookilaria solandri, *Bp.*) *Proc. Zool. Soc.* 1844. xii. *p.* 57. - *Id. Ann. et Mag. N. H.* xiii. *p.* 363. - *Id. Intr. B. Austr. p.* 116. *sp.* 592. fig. nulla. *ex Pac. Austral. Torosa: cinereo-schistacea, plumis fusco-marginatis; subtus cum facie fuscescens; abdomine cinereo tincto: capite, cervice, humeris, remigibus, caudaque nigricantibus: rostro pedibusque nigris.*

4. Procellaria ***mollis,*** *Gould.* (cinerea? *Gm. nec* Puffinus cinereus, *Auct.* - tristis? *Kuhl.* - crepidata? vel sandaliata? *Solander.* - melanura? *Bonn.* - unicolor? *Gould.* juv.) *Ann. et Mag. N. Hist.* xiii. *p.* 363. - *Austr. B.* vii. *t.* 50. - *Kuhl, Monogr. Proc. t.* 11. *f.* 9. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 25. *f.* 2606. 2607. *ex M. antarct. pres. Afr.* ad *Kergolens. terram* usque. *Fusco-ardesiaca; orbitis, alis, caudaque nigricantibus; subtus mollissima, et cum fronte genisque albis; jugulo pectoreque cinerascentibus: rectricibus lateralibus griseo variis: rostro nigerrimo: pedibus albo-carneis, membrana digitisque apice nigris. Long. ultra pedal.*

Juv. *subtus fusco-cinerea.*

Quid Pr. parvirostris, gularis et brevipes, *Peale*, *ex Pacif. ant.*

*179. **Pterodroma,** Bp. (Thalassoica? *p. Gr.* - Procellaria, *p. Hombr. et Jacq.* - Ossifraga, *p. Reich.*) Rostrum brevissimum, curvum, valde compressum: cauda cuneata. Nigrae.

Cum genere Bulweria *Procellariearum* analogiam praebent. Parvulae inter congeneres conveniunt quippe statura cum gigantibus illis propriae sectionis. M. ant. pr. Afr. 3.

1. Procellaria ***macroptera,*** *Smith.* (brevirostris, *Less. nec Smith.* - lugubris? *Tschudi.* - Ossifraga! macroptera, *Reich.* - Pterodroma macroptera, *Bp.*) *Ill. South-Afr. Zool. Av. t.* 50. - *Less. Man. Orn. p.* 611. - *Reich., Syst. Av. t.* 21. *f.* 786. *ex Pacifico Afr. m. Austr. tropical. Ex toto fuliginoso-cinerea: rostro nigro; pedibus flavidis.*

Quid Procellaria *similis* P. fuliginosae, *Forster*, nec *Lath.*, *sed major, alis valde longioribus, facie magis cinerascente*, Gould, in Ann et Mag. Nat. Hist. XIII. p. 363. et Introd. B. Austr. p. 116. sp. 591. fig. nulla?

Quid Procellaria nigra, *Tschudi*, Cab. Journ. IV. p. 186. *ex Pac. austr. Am. Major: nigra; abdomine schistaceo: rostro viridi-olivacea: pedibus atro-coeruleis?*

2. Procellaria fuliginosa, *Banks, nec Lath.* quae species *cauda furcata.* (lugens, *Banks, t.* 22? - ***atlantica,*** *Gould.*) *Forst., Icon. ined. t.* 93. *B.* - *Licht., Descr. Anim. p.* 23. - *Kuhl, Monogr. Procell. t.* 10. *f.* 6. - *Gould, Ann. et Mag. Nat. Hist.* XIII. *p.* 362. - *Intr. B. Austr. p.* 116. *sp.* 590. fig. nulla. *ex Atlant. universim. Media (Long.* 1¼ *ped.): fuliginoso-nigra; rostro pedibusque nigris.*

*3. Procellaria ***aterrima,*** *Verr.* (carbonaria? *Solander.* - Bulweria aterrima, *Aliq.* - Pterodroma aterrima, *Bp.*) *Mus. Paris. et Lugdun.* Figura nulla. *ex Insula Borbonica, Afr. occ. Minor (Long.* 11 *poll.): ex toto nigra holosericea: rostro nigerrimo: pedibus albido et nigricante dimidiatis.*

180. **Thalassoica,** Reich. (Daption, *Steph.* - Procellaria, *Hombr. et Jacq.*) Rostrum modicum, crassum quam in congeneribus valde longiore et debiliore. M. antarct. 2.

1. Procellaria ***glacialoides,*** *Smith.* (Thalassoica glacialoides, *Reich.*) *Ill. South-Afr. Zool. Av. t.* 51. - *Forst. Ic. ined.* 91. - *Gould, Austr. B.* VII. *t.* 48. - *Reich., Syst. Av. t.* 21. *f.* 789. *et t.* 25. *f.* 2608. 2609. *ex Mar. Afr. m. et Austral. Dilute cana; subtus*

cum facie alba; pileo cerviceque subflavescentibus: rostro fusco, subtus albido, apice nigro: pedibus cinereis.

Genus proprium cum praecedente annectens.

a. polaris, *Bp. Mus. Par. ex Pacif. Terram australem Ludovici Philippi alluente.*

b. tenuirostris, *Bp.* (Procellaria tenuirostris, *Aud.*) *Orn. Biogr.* v. *p.* 333. - *Id.* 8°. *ed.* VII. *p.* 210. fig. nulla. *ex Pacifico Americano. Rostro elongato tenui, tubo nasalis concavo, subcarinato, dertro mandibulaque apice nigro.*

2. Procellaria ***antarctica***, *Gm.* (Thalassoica antarctica, *Reich.*) *Forster*, *Icon. ined. t.* 95. - *Cook, Itin.* I. *p.* 247. - *Lath.*, *Syn.* III. II. *p.* 400. *sp.* 7. - *Gould*, *Introd. B. Austral. p.* 117. *sp.* 600. - *Gr. Erebus et Terr. t.* 33. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 22. *f.* 790. Mus. Bailloni et Delamotte Abatisvillae ex Paris. *ex Pacifico antarctico. Alba, subtus caerulescens, uropygio, alis et cauda candidioribus; capite dorsoque fuscescentibus: remigibus, rectricibusque apice nigricantibus: pedibus flavis: rostro breviore, robustiore.*

Genus proprium cum sequente bene conjungit. *Coloribus quoque* clamat affinitatem cum Daptione et cum Pagodroma analogiam cum genere illo Fulmareo.

181. **Pagodroma**, Bp. (Thalassoica, *p. Reich.*) Rostrum brevissimum: unguis posticus validissimus! Color candidus!

Analogiam praebet cum *Larino* genere Pagophila et *Sternino* Gygi! M. antarct. 1.

Procellaria ***nivea***, *Gm.* (Thalassoica nivea, *Reich.*) *Forst.*, *Itin.* I. *p.* 196. - *Id. Icon. ined. t.* 89. 90. - *Cook, It.* I. 3? - *Gould*, *Introd. B. Austr. p.* 117. *sp.* 599. - *Gr. Ereb. et Terr. t.* 34. - *Reich.*, *Syst. Av. t.* 22. *f.* 791. 792. *Mus. Paris.* ab Urvillio. *ex Mar. antarct. in lat.* 63.° *m. Nivea: rostro nigerrimo.*

a. major, *Bp.*

b. minor, *Bp.*

C. Prioneae.

Rostrum breve, basi dilatatum, apice compresso, debili: nares parvae: maxillae marginibus lamellis numerosis instructis; dentes rudimentarii: mandibula lata, obtusa: lingua adnata, apice tantum libera.

182. **Prion**, Lacép. 1800. (Pachyptila, *Ill.* 1811. - Priamphus, *Rafin.* 1815.) M. antarct. 4.

1. Procellaria ***vittata***, *Forst.* (coerulea, *Aliq.* - fors-

teri, *Lath.* - latirostris, *Bonn. ex Soland.* - Pachyptila vittata, *Ill.* - Pach. forsteri, *Sw.* - Prion vittatus, *Lacép.*) *Pl. col.* 328. - *Ic. ined.* 87. - *Jard. et Selb. Ill. Orn. t.* 47. - *Kuhl, Monogr. Proc. p.* 149. *sp.* 28. *t.* 11. *f.* 13. - *Gould, Austr.* VII. *t.* 55. - *Reich., Syst. Av. t.* 15. *f.* 771. 772. *ex M. antarct. Afr. m. et Austral. Major; dilute cinerea; subtus alba: vitta postoculari, remigibus, rectricibusque apice nigricantibus; scapularibus apice late albis: rostro latiore, tomiis obliquis, horizontalibus.*

2. Pachyptila **banksi**, *Smith.* (Prion banksi, *Gould.*) *Ill. South-Afr. Zool. t.* 55. faem. - *Gould, in Ann. et Mag. N. H.* XIII. *p.* 366. - *Id. Austr.* VII. fig. nulla. - *Reich., Syst. Av. t.* 15. *f.* 776. *ex Afr. m. et Mar. temper. utriusque hemispheri. Fusco-cinerea; subtus, cum superciliis, alba; scapularibus unicoloribus: rostro angustiore, tomiis rectiusculis, pedibus fusco-rubentibus.*

3? Procellaria **turtur**, *Soland.* (Prion turtur, *Gould.*) *Banks's Drawings* 15? - *Gould, Ann. et Mag. N. H.* XIII. *p.* 366. - *Id. Austr. B.* VII. *t.* 54. - *Reich., Syst. Av. t.* 15. *f.* 773. 774. *ex Mar. antarctic. Afr. m. et Australiae. Coerulescens, subtus alba: alis cauda valde brevioribus: cauda rotundata, apice nigricante: pedibus rubentibus.*

*4. **Pr. rossi**, *Gr. Mus. Britann. ex Mar. antarcticis. Similis* Prioni turturi; *sed minor, et proportionibus diversis: rostro latiore.*

183. **Halobaena**, Is. Geoffr. 1836. (Prion, *Gr. et Reich.*) Rostrum breve, parum aduncum, vix basi dilatatum, apice compressum; pedes parvuli. Mar. antarct. 2.

1. Procellaria **coerulea**, *Gm.* (similis, *Forst.* - forsteri, *Smith, nec Lath.*) *Forster, Icon. ined.* 86. - *Cook, Voy.* I. *p.* 32. - *Licht. Descr. Anim. p.* 59. - *Smith, Ill. South-Afr. Zool. Av. t.* 54. - *Gould, Austr.* VII. *t.* 52. - *Reich. Syst. Av. t.* 15. *f.* 773. *et* 777. *et t.* 21. *f.* 788. pessima. *ex Australia. Major: inter Priones et Halobaenas* quasi media. *Simillima quoad formam et staturam* Prioni vittatae, *et ipso colore vix obscuriore; sed rectricibus apice albis, et rostro facile dignoscenda.*

*2. **H. typica,** *Bp.* (Procellaria turtur! *Less.* - Pr. velox? *Banks*). *Icon. Ined.* 16. - *Kuhl, Mon. Procell. p.* 143. *sp.* 14. *t.* 11. *f.* 8. - *Mus. Paris. ex Insula Waigiou* a Labillardière. *Minor* (*Long.* 8½ *poll.*) *ex toto griseo-cana; humeris, remigum rectricumque apicibus, nec non macula hinc inde dorsali nigricantibus; subtus et in lateribus alba: rostro brevi, humili compresso.*

Quid Prion ariel, *Gould, Ann. et Mag. N. H.* XIII. *p.* 366. *et Introd. B. Austr. p.* 117. *sp.* 605. Figura et descript. nullis, *ex Australia?*

Quid Prion brevirostris, *Gould, Mus. Brit. ex Insula Madera. Similis* Pr. ariel; *magis autem caerulea; cauda subtruncata; rostro brevi, crasso?*

D. Procellarieae.

Rostrum breve, gracile: maxillae margine continuo: dentes nulli: lingua elongata: tubus nasalis simplex. Tibiae seminudae; tarsi longi, graciles. Statura parva. Color niger.

* *Unguibus compressis.*

184. **Bulweria,** Bp. (Thalassidroma, *p. Gr.*) Rostrum mediocre: pedes brevissimi, robusti: cauda cuneata. Majores. M. Afr. Eur. m. 1.

Procellaria ***columbina,*** *Moquin.* (anjinho, *Heineken.* - bulweri, *Jardine.* - Puffinus columbinus, *Webb.* - Thalassidroma bulweri, *Gr.* - Bulweria columbina, *Bp.*) *Webb et Berth. Canar. Av. p.* 44. *t.* 4. *f.* 2. - *Jard. et Selb. Ill. Orn. t.* 65. - *Macgill. H. Br. B.* v. *p.* 449. - *Gould, B. Eur. t.* 448. - *Yarr. Br. B.* III. *fig. in p.* 636. - *Reich., Syst. Av. t.* 19. *f.* 2727. pessima *et t.* 21. *f.* 787. mala. *ex Ins. Canariis, Afr. occ.* accidentaliter *Europa. Ex toto nigricans, minime dealbata; litura tantum transalari cinerascente.* Procellariinarum gigas, *quamvis statura* Turdi viscivori!

